EKKEHARDI PRIMI

WALTHARIVS

EDIDIT

RVDOLFVS PEIPER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXIII

I

Librorum Waltharii quotquot aetatem tulerunt quattuor potissimum sunt ordines:

α

A liber Caroliruhensis n. 103 s. XII in. (s. IX Molteri iudicio qui confert Rabani Corbeiensis specimen Mabillonianum) membr. forma octaua f. 224r — 248. olim fortasse Augiensis, iam ante a. MDCCCIIII quo ceteri eius monasterii codices bibliothecae Caroliruhensi inlatae sunt eo aduectus ex bibl. marcgrauiorum de Baden-Baden (cf. archium francofurt. II 371), Augiam uero adlatum ex bibl. Sti Galli Duemgius et Monius suspicati sunt (ibid. I 243). Certius mihi aliquod uideor originis uestigium iuuenisse quod tamen penitus persequi nequeo. Nam praeter „Hystoriam Waltarii" alia opera quattuor diuersis manibus s. XII et XIII exarata hoc libro continentur: sunt autem haec:

Alcuinus de trinitate li. III. eiusdem oratio de s. trinitate. epistola eiusdem ad Fridegisum. ad Eulaliam li. I. ad Guidonem comitem li. I.

Excepta ex opusculis S. Ieronymi.

Vita Pachumii abbatis.

Epistolae Iuonis Carnotensis episcopi. Fabii Planciadis Fulgentii u. c. expositio sermonum antiquorum cum testimoniis.

Atque hos libros ex bibliotheca I. de Reuchlin nescio quo anno (neque apud me est Molteri de bibl. Carolo-Fridericiana commentatio ed. Caroliruhae 1771 4°) prouenisse recensus codicum Reuchlinianorum docet quem dedit FMolter in supplemento altero libri sui „Beiträge“ etc. p. XXII — XL: ubi ut omnis tollatur dubitatio p. XXV Alcuini scripta nonnulla cum uariis accessionibus item nono ex coniectura saeculo tribuuntur, eiusdem libri et Iuonis epistularum p. XXXIII octaua laudatur forma: Pachumii Vita et Fulgentii fabulae recensentur p. XXXV. Waltharius quidem non adest; sed eum fortasse auctor neglexit. ceterum colligandos eos libros Molterum demum curasse inde suspiceris.

Quinta accedit manus librarii qui Waltharium scripsit similis eius qua scriptus est liber D. in unaquaque pagella XXXI sunt uersus; uu. 862—871 minore in folio perscripti. Ex hoc codice Molter a. MDCCLXXXII in Meuseli hist. literatur p. 370—374 suppleuit quae illo tempore desiderabantur in C, supplementa illa recudi iussit Fischer in libro „Sitten und Gebräuche“ a. LXXXIIII p. 213—216 atque in editionis suae supplemento Lips. LXXXXII; totum carmen secundum hunc maxime librum receptis tamen multis quae uel C praebebat uel ipse excogitauerat*) Molter descripsit in „Beiträge zur Gesch.

*) asteriscum praefixit uersibus eis quos uel ex C uel ex sua coniectura inmutauerat.

u. Lit. Aus einigen Handschriften der Markgräflich Baadischen Bibliothek. Francof. 1798 p. 212—268. Postea contulit Lassbergius (archiu. francof. II 151 371.)

C (I Grimmii C et E et G) liber Stuttgardianus n. 41 s. XIII membr. forma octaua minuta. haec sunt quae conplectitur opera:

Commentarius in Boetii libros I—III de Consolatione (s. XII—XIII)

Ciceronis Laelius (s. XII—XIII)

Waltarius (s. XIII)

Cassianus in collatione patrum etc. Capitula Bede presbyteri de constructione templi etc. (s. XII)

Sermones (scriptura minutissima s. XIII)

Formulae epistolarum (inc. Ad doctrinam dictaminum accedentes et dantes etc. s. XIII)

Sophismata dialectice (inc. Hypothetica quandoque probatur etc. s. XII)

Desideratur inscriptio Waltharii, cuius s. XVI numeris insignita erant folia quorum 1 ad 22 habuit Fischer, 14 tantum (9—22) Monius, nunc recuperatis quattuor foliis (1 2 7 8) restant 18 (1 2 7—22), amissa sunt foll. 3—6 quae continebant uu. 123—363, atque f. 23 et 24 (uu. 1338 ad finem). Leguntur 29 uel 30 uersus in singulis pagellis; abundat autem hic liber scripturae conpendiis. Hic codex eo tempore cum de bauarica successione hereditaria orta esset controuersia ex quodam coenobio in Bauaria sito ad dominum de Mosheim regium britannicarum legationum consiliarium Gottingensis cancellarii filium, Gottingam

ni f. (a. 1780 Stuttgardiae ille degebat) missus est. cuius in bibliotheca uisum Halasque permissum *) Fischer a. 1779 describi iussit**) atque anno insequenti edidit Lipsiae 1780. Ipse Fischer qualis esset liber et in praefationis p. VI et in libro „Sitten und Gebräuche der Europäer im V. und VI. Jahrh." Frankf. 1784 p. 9 s. tam dilucide exposuit, ut iam non esset cur quis Moshemianum ab Stuttgardiano diuersum crederet: credidit tamen cum aliis IGrimmius, qui Moshemiani libri lectiones ex Fischeriano exemplo repetitas C littera, Stuttgardiani libri conlationem a Monio exhibitam in Anzeiger V 415 s. E littera insigniuit; errorem olim Reiffenbergius deprehendit: certissima testimonia ex consensu C et E proferri possunt, uelut quod 457 calce natore 924 inertia tela legitur, u. 944 desideratur. Monasterium autem, unde Gottingam missus est hic liber, non dubium quin fuerit Sti Emmerami Ratisbonense. Plane enim congruunt quae ex catalogo Emmeramensi protulit Schmeller in Serapeo II 265: „Historia Attilae regis metrica sed fine carens et incipit: Tertia pars orbis fratres Europa uocatur etc. et sunt tres quaterniculi paruissimi minusque legibiles." Neque alium librum significasse putandus Io. Auentinus Annal. Boiorum II c. 53: „Reperi Reginoburgi in Bibliotheca diui Haimerani de rebus ab Attila gestis opus

*) „quem cum ad me permisisset" Fischer in praef. p. VII.

**) ipse Moshemius rectius quaedam legit quam qui in editoris usum librum descripsit: Moshemii correcturas esse ipse Fischer existimabat uid. illum ad u. 12 306 309 561.

heroico uersu et latina lingua non ineleganter factum. Vnde isthaec de Hunnis et Attila carmina excepi [u. 10 s.]

> Foedera supplicibus donat sternitque rebelles,
> Ultra millenos fertur dominarier annos."

nempe „donat sternitque" ipsius Auentini est mutatio. adde eiusdem Teutsche Chronika Frankf. 1621 p. 498: „Es sein viel alter Reime und Meistergesänge bei uns vorhanden, von ihm gemacht."

α Hi libri a me denuo conlati ubi consentiunt litteram *α* pro AC posui.

β

D liber Vindobonensis n. 289 (olim Salisburgensis 8 N., Endlicheri n. CCVI) membr. s. XI—XII (duodecimi esse existimauit Endlicher.) f. 103ᵃ—130ᵇ. Quae praeter Waltharium continet hic liber indicatur et in Tabulis codd. Vindobb. et apud Endlicherum: alienas inter se libri partes, sunt autem tredecim scriptae a VIIII ad XIII s., iam s. XIV fuisse conligatas index testatur uetustus qui est in eius fronte, atque f. 70ᵃ eadem fortasse manu legitur: „S. Cůdberti Confess /// in Salzburch | Quem qui furetur pena furis crucietur. Amen." Ipse primus contuli.

Diuersum ab nostro liber chart. Vindobonensis n. 228 est quem IGrimmius D littera significauit. is ex nostro non sine mendis descriptus est s. XIV (uel XV potius) quo tempore priscus ille iam passus erat manum emendatricem (eam D[s] dixi) quae plurima attrita tempore recenti atramento reuocare studuit sic ut priora non

raro nequeant dignosci neque etiam maiores emendandi conatus refugit e. g. u. 98. Factum hoc ni f. s. XV ineunte. Atque etiam s. XVI quaedam correcta sunt. Ego nouicium illud exemplar, quod continet u. 203—406 1198—1385, olim conlatum ab G. Edelio cum ed. Fischeri in Lassbergii usum (archiu. francof. II 346—378) in adnotatione praetereundum duxi. At extitit uetustior liber descriptus ex D, cuius seruatae sunt exiguae reliquiae,

L folia dico duo cohaerentia inter se membr. s. XIII in. quae possidet bibliotheca uniuersitatis Lipsiensis n. 230, in quibus sunt uu. 143—213 atque 351—414. Prius folium quaque in pagina habet 35 uersus, posterius 33 et 31. exciderunt inter utrumque quaternionis interiora folia duo, quae 136 uel 137 continebant uersus.

Edidit HILeyser in Bericht vom Jahre 1837 an die Mitglieder der Deutschen Gesellschaft ... in Leipzig. p. 41—46, unde lectiones discrepantes exhibuit IGrimm p. 383. Ipse denuo contuli, atque ut alii quoque de cognatione quae existit inter D et L iudicare possent

β in adnotatione lectiones descripsi littera β consensum librorum significans.

γ

B Liber Bruxellensis 5380—5386 membr. s. XI Pertzio iudice (archiu. francof. VII 1007 s.) ego s. XII crediderim, omnium uetustissimum sine iusta causa habuerunt uiri docti, olim Gemblacensis forte idem cum Egmondano libro qui est in uetere catalogo Egmondano

ed. ab H. de Wyns a. 1804, continet Aratoris Actus apostolorum et Claudiani quattuor opuscula eadem illa manu s. XI scripta, Waltharium a. f. 92ª ad 116ᵘ atque Einardi Vitam Karoli s. XII in. ab una eademque manu exarata 30 uersibus singulis in pagellis. Pauca habet hic liber conpendia sermonemque diligentissime distinctum: utitur autem librarius his notis: puncto supra uersum posito · puncto in ipso uersu (semipunctus is est) puncto cui inposita est lineola ! (suspensiuus) raro lineola subiecta est puncto; (e. g. u. 522 577 589 627 752), interrogandi nota ? (exclamatiuus, an semisuspensiuus?) Praeterea monosyllaba tu te mi me se re o a atque etiam eo uocula apice ornata sunt (té eó etc.).

Ex hoc libro postquam Monius Geraldi prologum descripsit in „Quellen" Aachen 1830 p. 182—184, excerpta dedit Reiffenbergius in Annuarii bibliothecae belgicae t. II 1841 p. 45—106 III 1842 p. 39—174 V 1844 p. 35—152, Merilius hic illic inspexit textumque carminis aliquotiens inde refinxit (Poésies pop. latines antérieures au XIIᵉ siècle Paris 1843), conposuit quae uterque dederat San-Marte uersionis suae appendice p. 175—178. Quorum opera cum futtilis fuisset, L G Provana totum carmen ex hoc codice descriptum dedit Augustae Taurinorum a. 1848 (ex Monumentis Historiae Patriae Scriptorum Tom. III) adiecta scripturae imagine parum simili. quam editionem repetendam curauit ipso libro denuo ut ait conparato I F Neigebaur Uratislauiensis Monachii 1853. At ne horum quidem opera exhaustus erat codex: non raro legentes errarunt

uelut 318 *perduxit* pro *produxit* attulerunt 497 *urbe* pro *urbem* 500 *oris* pro *horis* 509 *es* pro *est* 510 *Instantem* pro *Instanter* 541 *praelusit* pro *prolusit* 547 *alterius* pro *ulterius* 560 *haec* pro *sic* 232 et 606 et 616 *quid* pro *quod* 747 *quadripes* pro *quadrupes* aliaque.

b (B Grimmianus) liber Parisinus 8488ª (alias 10316, olim Colbertinus 6388) membr. s. XII. eius lectiones, cum denuo conferendi potestas non data esset, ex Grimmiano exemplari descripsi, quamquam qua ille usus est conlatione in Lassbergii usum facta a. 1820 (archiu. francof. I 499) ad utrumque et Fischeri et Molteri exemplar non satis accurate eam institutam ostendunt quae Merilius conmemorat ad uu. 87 98 alios. Ipse Merilius cum saepius tacite discedat ab textu Grimmiano, uidetur quidem illud auctoritate huius libri permotus fecisse, sed quoniam de uiri socordia satis mihi constabat, eas lectiones tantum non omnes spreui, neque quas disertim laudat in adnotationibus Parisini lectiones non additis uerbis „teste Merilio“ citaui.

T liber Treuericus olim „Collegii Trevirensis Soc^tis^ IESV modo Bibl. Civ. Trevirensis 1799“ Mss. III 14 uel n. 2002 (XXVI) signatus. chart. fol. s. XV in. (s. XV—XVI iudice Bethmanno) scriptus luculentissime: a conpendiis librarius diligentissime abstinuit. de eo uid. archiu. francof. VIII p. 606 IX p. 305. continet Gesta quinquaginta duorum pontificum Tongrensium Traiectensium et Leodiensium, Passiones et Vitas S. Udalrici Basini Seruacii Catherinae, Passionem Vincentii a Prudentio [Pe-

risteph. 5] metrice conpositam, Historiam Daretis Frigii, Librum Waltharii, Vitas S. Lutwini Seuerini Nicolai Gangulfi Martine Lutwini Symionis Paulini Medardi Theoderici; a pluribus librariis exarata haec, sed Prudentii carmen cum Darete et Walthario una manus scripsit. Adligatum est exemplar Gestorum Romanorum inpressum a. 1488 in fol. s. l.

Primus hunc librum contuli.

Hanc ego librorum trigam consentientem contra ceteros plurimis locis atque Geraldi prologo ornatam, qui
γ abest ab aliis omnibus, littera γ significaui.

F Hunc in ordinem is quoque liber pertinet quo utebatur Marquardus Freher (Origines Palatinae ed. a. 1612 II c. XIII p. 62) cuius uerba subscribam:

„Sed et antiquissimo quodam Anonymi carmine Latino non absimile nugamentum de Gybicone Francorum Rege Wormatiae residente, eiusque filio Gunthario, tum Walthario Aquitano, et Haganone descriptum in ueteribus membranis habeo: quod cum aliis eius farinae in Tomo Francicorum ἀνεκδότων propediem (ξὺν Θεῷ) edere meditor. Sic ergo illud, de Walthario e Pannonia:

(431) Venerat ad fluuium iam uespere tum mediante,
Scilicet ad Rhenum, qua cursum tendit ad urbem
Nomine Wormatiam, regali sede nitentem.

Et alibi ita Regem Gybiconem, iactantem inducit:

(1085) Dedecus at tantum superabit Francia nunquam.
Antea quîs fuimus suspecti sibila dantes,
Francorum dicent exercitus omnis ab uno,
(Proh pudor) ignotum uel quo, est impune necatus.

Et in fine:

(1445) — — — — et sic disiecti redierunt:
Franci Wormatiam, patriam Aquitanus adiuit.

Tam plebeiis et puerilibus fabulis uera priscorum Francorum historia inuoluta intercidit."

Quod cursum legitur 432 et patriam (omisso que) 1446, forte ipsi Frehero tribuendum, at 1086 suspecti lectio est tertii ordinis solius.

H excerpta carminis ex uu. 93 usque ad 577 quae leguntur in Chronici Noualiciensis libro.

Editum autem est compluriens illud chronicon. Adhibita sunt a me exemplaria haece: ed. princeps, quam Muratorius ss. rerum italicarum II 2 p. 700 sqq. et antiq. ital. med. aeui III diss. 40 p. 964 sqq. curauit, et quam LCBethmannus dedit in Pertzii Monumentis Germaniae historicis SS. VII (MMVIIII) p. 73—133 in usum scholarum recusam eodem anno 1846 unde excerpta transcribi iussi ne quid critici subsidii huic editioni deesset infra p. 99 conlata cum ed. Muratori. Sine dubio haec excerpta ex libro ordinis eius quem γ littera indicaui fluxerunt atque uetustiore quidemquam BbT sunt. at hoc ipsum erat cur non eum eadem littera γ conplecterer cum illis, nam triga illa ab hoc siue archetypo siue archetypi simillimo libro non paucis locis iam declinauit.

δ

I folia XIII Engelbergensia (monasterii in Unterwalden): uu. 1—492 960—1233 conplexa. lectiones eorum

transcripsi ex Grimmiana adnotatione. Pertzius in archiu. francof. t. VII a. 1839 editi haec de eis habet: „I $^{5}/_{20}$ Miscell., am ende das carmen de Walthario sec. XI [s. XIII ap. Grimmium], 13 blatt jedes zu ungefähr 62 versen.“ Postea ex bibliotheca monasterii ablata sunt nec tamen quo uenerint constat. Sed huius libri contextus cum conflatus sit ex tribus ni fallor quos supra posuimus ordinibus, iacturam eius uix est quod queramur.

Addo aliorum librorum qui ex ueteribus catalogis innotuerunt memoriam.

Catalogus qui est in Libro uiuentium monasterii Fabariensis scriptus c. a. 1155 recenset unum uolumen quod continebat Waltarium Omerum Fulgentium et Troianam historiam. (Bethmannus in archiu. francof. IX 598 Birlinger in Haupti Z. f. d. A. XV [N. F. III] 513)

Incerti monasterii catalogus s. X scriptus qui est Bernae in libro Bongarsiano n. III^{b} Waltarium habet (HHagenus in Fleckeiseni Annalibus a. 1869 XC 511)

Catalogus abbatiae Sti Apri Tullensis a. 1084 quem ex codice Monacensi Pal. M. 292. descripsit Docenus in „Neuer lit. anz. 1807“ p. 73 (uid. Schmeller in Serapeo II 247) ter indicat Waltharium:

Waltarius uol. I

Auianus cum Esopo et Hincmaro et Waltario uol. I

Waltarius per se uol. I

De codice qui laudatur in uetere catalogo codicum Egmondanorum supra dixi.

Praeterea in libro S. Audomari (St. Omer) n. 312 olim Bertiniano membr. 4° s. XI post Explanationem in Hieremiam alia manu s. XII (s. XI Monio iudice) haec adiecta leguntur in margine:

Tertia pars orbis fratres Europa uocatur.

pa	fi	
Gibico.	Guntharius.	Attila.
Ospirin.	Alphere.	Waltarius.
Herericus.	Hildgund.	Hagano.

(Monius Anz. IV 413 Bethmannus in archiuo francof. VIII 413 atque in Haupti Z. f. d. A. V 206).

Accedit Gunthārii regis memoria quam in alteram Sancti Arnulfi genealogiam in codice Vindobonensi (hist. eccl. n. 160 f. 15—20) intrusam repperit Pertzius (archiu. francof. III 667): „Guntharius Germaniae primae regnum obtinuit ac primae Belgicae in qua Treueris qui cum Walthario Hunorum obside fertur pugnasse.“ Nec non uidentur ex libris Waltharii Sangallensibus corruptis scilicet prouenisse nomina quaedam quae leguntur in indice Goldastiano laudato infra ad n. 687 uelut Ecgirih, Heririh Herrich Heririch, Hagano et Hagono, Randolf, Timo Thimo Thiemo Simo Gimo, Thruunt. itemque ex nostro carmine petita Scaramundi nominis memoria apud Graffium II 814.

II.

Ipso ordine librorum *αβγδ* significaui, qui mihi uideantur origine priores qui posteriores esse: paucis illud iudicium erit probandum quod sat firmis praesidiis destitutus diuinauit magis IGrimmius quam expertus pronuntiauit.

Iam quod primum est, ut demonstrem tam graues esse librorum diuersitates quae cogant tres uel quattuor ordines distinguere (nam parum hoc efficitur locis qualis est 396 ubi *subrectus α surrectus β subreptus γ*): possum eo officio supersedere, cum clamet quaeuis pagella. Illud tamen certis uerbis profitendum quot librorum ordines totidem esse auctores eorum: quorum diuersum erat ingenium diuersa doctrina. Pauca sufficiant exempla ex *β* potissimum sumpta: u. 83 est in *αγ*:

Hic ubi cognouit gentes has esse domatas —

in *β*: *Hic postquam domitas gentes has comperit esse* — causa mutationis *domatas* erat. Displicebat u. 71 *pacem dare atque resumere:* igitur *dextram* reposuit *γ*, tolerauit illud *β*. Hic tamen u. 227 *uultum intendit* non passus correxit *conspexit;* idem 691 *aut — aut* — scripsit pro *aut — uel* —, 700 *quicque* barbare pro *quicquam* positum mutauit, 857 *insatiatus* cum ad *famem* trahendum uideretur, genus femininum effecit, unde qui existeret hiatus eum sustulit *tenendi* scribendo pro *habendi.* Abreptum studio mutandi auctorem *β* saeuire in uerba poetae uix semel inueneris: iusta plerumque est causa, cur mutauerit, quam

non sine fructu indagaueris. Perpendit enim diligenter atque accurate uerba carminis quae erant in archetypo: intellegebat u. 1352 post *uires* non locum habere *Tu;* igitur *Et* scripsit: si habuisset quod est in A *uirens,* sine dubio retinuisset. Quam uero sibi legem scripserit emendandi, facile apparet: noluit poetae uerba restituere, tale consilium ab illis temporibus alienissimum erat, sed ut ad limam ueterum poetarum romanorum ipsum poetam corrigeret operam dedit. Hoc studium eum commouit ut 913 pro *siluestrique ferae* quod magis antiquitatem redoleret *siluanisque feris* .i. faunis scriberet. Tollenda primum erant aperta uitia uelut 1170 *uinciit* pro *uinxit,* 1334 *Et triplex* pro *atque triplex,* quae prima Ekkehardi recensione uidentur uulgata fuisse, porro rhythmorum meliorem decursum instituit e. g. 1174 *reuocans* ponendo pro *solans,* 1402 *regis pes* — ita etiam γ — pro *pes regis* 1433 *Quid remoror? Certe* pro *at quid demoror?* ante *Haganonis* nomen hiatum sustulit 1393, syllabam ancipitem 1403; inferioris aetatis uocabula si poterat deleuit ut *sergia* 147 *eulogiis* 1263 *enormiter* 1281 *murcatae* 1376; at ut omnia eius saeculi uestigia tolleret, propter inmensam copiam fieri non potuit; superabat hic labor etiam diligentissimi hominis uires: totum carmen denuo condendum fuerat. non pauca igitur omisit, quia non statim quod aptum esset offerebatur; fugerunt alia: partem eorum uidit γ: qui ut unum exemplum afferam, 1175 *irritasti* deleto scripsit *destruxit.* Quid intercedat inter β et γ (nam de δ infra exponam), cum alii loci doceant, tum inprimis 1396, ubi cum uerba: *Tali negotio dirimuntur*

proelia facto et propter mensuram *negotii* et propter ipsum sermonem, quod unum offendisse γ credo, non ferenda uiderentur, auctor γ satis superfluis uerbis adhibitis rescripsit: *Tali tunc ergo d. p. facto,* alter aptius correxit: *Hoc tali facto d. proelia dura.* Vbique animaduertimus recensionis β auctorem et grammaticis in rebus et metricis superiorem esse multo magisque illum accedere ad uetustos auctores, fugere posteriorum temporum barbariem. Atque maximopere doleo quod non licuit accuratius inquirere unde oriunda sit haec recensio cuiusque claustri schola adeo ad illa studia alumnos suos conuerterit.

Proprii recensionis γ quattuor sunt uersus 99 204 257 661, quorum primum cum antiquissimum exemplar H huic recensioni uindicet, ceteros quoque quiu habuerit idem codex, ex quo his locis excerpta non dedit Chronographus Noualiciensis, vix dubium: dubitari posset, si ex tribus eius generis BbT unus uel alter omisisset. sic u. 444 qui in B deest, non tamen ab ea recensione alienum fuisse testantur ceteri libri; 1450—56 quod T omisit, casui id tribuendum. Atque quattuor illi uersus quamquam non inepte additi sunt, attamen minime uidentur necessarii: quin u. 99 intrusum constat contra poetae consilium, qui cum 81 et 97 puerornm uocabulo et Haganonem cum Walthario et Hiltgundam una significasset, iam quam adulescentibus exhibuerit Attila pietatem ab u. 100, quam uirgini ab 110 describit. Inprimis autem quae propria huic recensioni est transpositio u. 468 post 469 emendatricem manum prodit.

Ex eis quae dicta sunt per se apparet, β et γ re-

censiones non priores esse, sed posteriores quam α: multo simpliciorem uides in hac sermonem, quam est in βγ, multa in his quae detorqueri adeo non potuissent. Addam pauca: Ex Vergilio reficta quaedam sunt ab emendatoribus quae parum ex uergiliano more dicta uidebantur. sic 304 auctor carminis studio uariandi uergiliana ductus ait:

Postquam epulis absumpta quies mensaeque remotae —

non intellegens quid ille sibi uoluerit, sic inmutauit β:

Postque epulas assumpta quies mensaeque remotae —

propius ad uergilianum exemplar refinxit γ:

Postquam epulis depulsa fames m. u.

Iterum 797 cum aeque ac nos antea fugisset romani poetae imitatio in his: *neque enim is tali seu uulneris auctor,* liberrime β mutauit: *nec enim telum sine uulnere transit.*

Num ueri simile haec si fuissent in archetypis a retractatoribus istis fuisse mutata? Hunc in numerum etiam 787 refero, ubi α *petit acer,* βγ ex Vergilio, cuius quis non librarius hoc loco erat memor, statim scripserunt *stetit.*

Non igitur illi quid auctor uoluerit attendentes inconsultius mutauerunt. Scripserat 548 *cruor an nocuus me tinxerit?* cruorem dicens quod ipsi nocere, ipsum uel nocentem facere posset uel etiam accusare; tamen illi *cruor innocuus.* 1036 *ensem* siue propter *uiridis* adiectiuum, qui est chalybis color (cf. caeruleus), siue propter *uacuandi* insolentem usum, alter in *aedem* alter in *uluam* mutauit. 1086 *antea quis fuimus subiecti* cum diceret auctor, Huni animo obuersabantur, quibus subiecti fuerant Gibichone regnante Franci: at *foedera* statim *dissoluit* Guntharius

censumque subire negauit, ut est u. 118: hoc neglecto illi *suspecti* effecerunt, quod si auctor ipse scripsisset, profecto quisque intellexisset neque in mentem cuiquam uenisset mutare.

Auctor carminis personarum nomina latinae linguae legibus ut accommodaret, non tam in nominatiuo atque uocatiuo, quam in casibus obliquis, quos tamen ubi poterat euitauit, studuisse uidetur: iure uiolentius etiam uersatus est semel in forma latina constituenda ni fallor metro coactus: nam qui est *Eleuter* eum ab Ἐλεύθερος deduxisse suspicor, Lotharium alii transtulerunt: eadem necessitate conmotus cum ubique *Waltharium* breui antepaenultima usurpasset (semel *Walthere*), tamen *Walthari* uocatiuum longa a extulit. Scripsit tamen, ne intra paucos uersus tam diuersis nominis formis uteretur *Trogunt* et nominatiuo et accusatiuo. Displicebat haec inconstantia, igitur non accusatiuum tantum *Trogum* reposuerunt, sed nominatiuus quoque in omnibus libris uel primae recensionis uitiose legitur *Trogus.* Item non dubito quin quod 629 *Agathine* scripsit β pro uocatiuo uoluerit intellegi, cum *Hagathien* accusatiuum esse non intellexisset. Ipsi tamen quem nominatiuo *Hadawartus* noster dixit 782, paulo post 789 *Hadawart* extulerunt. Neque his mutationibus contenti ipsis personis alia contulerunt nomina: quem *Ekefrid* appellauit auctor, *Ekerih* β, alius tertii ordinis codex T *Erefrid* dicit; *Wrimhardum* γ, qui sine dubio *Ewurhardus* uel *Ewarhardus* erat auctori, *Helmnod* idem qui *Heimnod, Paterih* β qui *Pataurid; wielandiam* fabricam γ, quam *welandiam* poeta.

Porro de singulorum librorum pretio haec animaduertenda:

α Ne recensionis *α* exemplaria quibus utebantur *β* et *γ* auctores libros A et C ipsos fuisse credas, aetas qua hi scripti sunt refragatur. Communia tamen archetypi generis *α* cum archetypis *β* et *γ* erant uitia, quae non correcta habes in *α*, correcta in libris *βγ* uel singulis uel omnibus. Sic 138 *Amplificabo quidem te rure domique* A siue medio siue extremo in uersu omisso uocabulo: iam C qui multo deterior quam A neque liber ab interpolationibus, *pariter* addidit, *gazis β*, *ualde γδ*: at animaduertendum codicem H de cuius libri pretio infra disseretur lacunam aeque habere: nec quidquam ex istis conatibus apparere, quam lacunae signum quoddam extitisse in archetypis post *quidem*.

u. 324 *Inde* habes in *α*, quod metro repugnare sentientes illi rescripserunt *Tandem*.

u. 588 *Sis aut unde uenis quo pergere tendis;* neglexerunt hoc corrigere illi praeterquam quod adscripta est margini emendatio in b, textui inlata in T.

u. 791 *suamoso* pro *squamoso* *α*D.

u. 995 *scidit α*, suprascripta *n* correctum in C, *sciderat* ceteri.

u. 1431 *si qua adeo* AD, *si quando* ex u. 1440 aduocarunt BT.

u. 1075 *Deprecor per superos* A quod ferri non posse primus C animaduertit reposuitque *Te rogo;* male uitii sedem in praepositione esse rati ceteri

ob intulerunt: uidentur autem *Obsecro* uerbi litterae aliquot obscuratae uitium genuisse.

u. 789 *Hadawartum* recte αT: at uersus clausula corrupta ut illud in DBb mutaretur causa fuit.

Igitur cum β et γ ex α recensione pendeant, ad libros A et C potissimum contextus erit formandus, quos libros cum non meliores quam ceterarum recensionum archetypa fuisse supra cognouerimus, tum ex aetate qua sunt scripti suspicandum multo pluribus quam illa uitiis affectos esse. Neque fallit ea suspicio. Permulta quidem quae ceteri mutauerunt integra nobis haec codicum biga tradidit, at tamen largus inest uitiorum numerus quae aliorum codicum ope nonnumquam et possis et debeas corrigere, non dico locos ubi illi coniectura uidentur uerum inuenisse ut 1341 *rabidos molossos* pro *rapidis* 1170 *Vinxit* pro *Vinciit* 513 *in* praepos. sublata, sed ubi uerum ex archetypis est propagatum. At quamquam ita res est, ne tamen abutaris IGrimmii sententia p. 56, ut credas eligendi ex lectionum farragine quidquid placuerit liberam tibi esse potestatem.

A Vter huius recensionis liber pluris aestimandus non difficile est dictu; palma deferenda Caroliruhensi A: unus is seruauit 1020 *mox liquerat* 1021 *Trogunt* 1035 *scissum* 1036 *ensem* 1053 *Salue* et quae sunt alia. Ab Ca-
C roliruhensi Stuttgardianus non raro desciuit adeo ut ne interpolandi quidem crimine librarius sit absolueudus e. g. 138 ubi *pariter* ille excogitauit: tantum autem abest ut C propriae recensionis speciem praebeat, ut possit minus accurate intuenti ex ipso A descriptus uideri; iam quae

notae (^) solis his in libris apparent aliquotiens superpositae uocabulis (in C 639 758 bis 801 923 976 bis 1151 1163 1231 1266, in A 1189 1238, in utroque 1086) poterant hanc in rem adhiberi*). Verum si diligentius quid intercedat discriminis conputaueris, illi opinioni non accedes: nam uitia quibus refertus est A et tam multa sunt et adeo ingenium C librarii superantia, ut magnam eorum partem quin hic transcripturus fuisset non sit dubitandum, e. g. 128 *hunis* 479 *acceptis* 482 *thorue iam tega*, deinde lectionum, quas diuersas ab A ex aliis libris traustulit tam larga est messis, ut si uel constaret inter codices ex quibus suum confecit librarius ipsum A fuisse, non tamen hic principalis fons neque C uere apographum A libri dicendum esset. Notandum autem inprimis non raro C consentire cum Vindobonensi D (uelut in his: 58 *simulare* 87 *aequiperamur* 123 *Ospirn* 331 *iteri* 344 *uncum* 406 *atque* 421 *accersitas* 545 *secede* 597 *Scutari* 745 *pectore* 936 *transmissum* 1000 *inter* 1020 *liquit mox* quae a uerbis *liquerat mox* C pendent, 1099 *cordis* 1160 *hac cum uoce*) uel cum excerptis italis H (ut 534 *monebat* 510 *Instantem*); item CDH aliquotiens idem seruasse una animaduertas, ut 327 *Quem ob uirtutem* 374 *iam dudum* 532 *At* quod fortasse uerum. Quae lectiones cum maxima ex parte non uideantur recipiendae pro eis quas offert A, testimonio sunt exemplaria illa ex quibus D et H deriuati sunt, aliquantum cognationis ha-

---

*) cf. 123 ubi *Ospir/n* A *Ospirn* C, 35 *Her/ricus* A *herricus* C, 111 *placuit* AC[1] alia.

buisse cum archetypo C libri, ipsum C quamuis scribendi uitiis minus infectum quam A, multo tamen illo deteriorem esse; hoc quidem etiam quas C solus exhibet lectiones confirmant, e. g. 138 *pariter* 141 *parare* (D *parere*) 151 *uincior* 196 *belli* 216 *equitesque* 249 *me* 301 *pigmentatas* 316 *balbutiit* 682 *dum* etc.

Dβ Atque ex libris quos modo cum C consentire aliquotiens diximus Vindobonensis D etiam cum toto genere α cohaerere monent 58 *cauillonis* 71 *pacem* 300 *bissino* 440 *cum* 516 *eundem* 529 *quanta ui* 634 *Haec ait* (leue est quod C *hoc* habet) 725 *Ewarhardus* hoc in numero referendus, 791 *suamoso* 965 *welandia* 992 *coruscans* quod ex corrupta lectione α *coruscas* factum est, 994 *dimittit* 1031 *lesus* 1142 *ambigerat* 1189 *lucens* 1271 *ualeres* 1286 *aduersum* 1287 *malignam* pro *maligenam* α uitiose scriptum 1291 *ligni de* 1305 *subito* 1370 *eratum* 1420 *cunctis*; quin etiam cum solo A 534 *iubebat* habet atque 982 *et* atque ex librorum eorum coniunctione repetendum duco quod 243 *nubule* in A^1 *nubili* in D legitur pro *nebulae*. Praeterea D cum α non habent uersus 99 204 257 261. Igitur eorum quae cum melioribus libris communia habet D non paruus numerus est habendus pro recensione quae poetae uerba ubique inmutare studuit.

Recensione γ non usum huius recensionis auctorem quamquam inde potest conici, quod proprios huius uersus ignorauit, est tamen ubi recedens ab α cum H uel cum γ consentit, uelut 324 *Tandem* Hγ 342 *Ipsa* H 376 *nostri* H 397 *urbem* H 470 *noui* Bb (H uacat) 474 *sellamsculptam* H 486 *Sternere* B (H uacat) 513 *in* omissum

Hγ 548 *innocuus* 682 *mox* 686 *Et dum* 759 *Hadawart tum* 1000 *haec inter* 1043 *hic* interpositum cum b, T *hunc* inserit, 1134 *ausonidis* 1136 *densa* 1316 *pronus* 1354 *ostendito* 1443 *coactum*: uerum haec non propria H uel γ, sed communia archetyporum D et H censenda erunt; atque cum non omnia et ne plurima quidem, at quaedam tamen, ubi illi consentiunt, ueriora sint quam exhibet α uelut 397 et 513, in tanta bonorum librorum penuria non minimi faciendum erit libri D auxilium.

Ipsum exemplar Vindobonense non fuisse eius generis β primarium uitia ostendunt quae non auctori sed merae librarii neglegentiae tribuenda e. g. 854 *ferus* 910 *impetu* 1489 *posuit* 1424 ubi ab ipso auctore β *per* fuerat scriptum: quibus destruitur metrum; apertius etiam 1193 *heriles* pro *enses* uel *henses* redditum atque u. 1415 mutilus: dubitationem prorsus remouent uersus aliquot omissi contra rationem 19 723 983 990 1404, coniuncti praeterea 278ᵇ 279ᵃ ut euaserit heptameter. Alterius recensionis exemplar praesto fuisse librario praeter 1424 supra citatum etiam 1266 iuxta 1266ᵃ adscriptus testatur. Descriptus est ex D Lipsiensis — nam quae diuersa habet paucissima sunt atque minutula: 186 *miscebat* cum ceteris libris ex Vergilio reposuit pro *miscentur* 180 *numerose* pro *numeratam* lapsus est calami quales habes 164 165 — atque multo post alter Vindobonensis quem solum IGrimmius eius generis habebat.

γ Quos libros littera γ conplexi sumus quamquam de eorum cognatione ne leuissima quidem existere possit dubitatio tamen inter se ualde diuersi sunt. Nihil hoc

mirum cum quam late peruagata sit haec recensio per terras conpertum habeamus. Qui ad nos uenerunt libri BbT, eorum nullum ab altero descriptum arbitror, quamquam uideri possit hic illic b ex B, T ex b pendere: unicuique horum saniora sunt quibus a suo genere uideatur desciscere. quod prae ceteris in recentissimo omnium T deprehenditur: habet is 327 *Hunc ob uirtutem* cum A, 789 *hadawardum. dixit* itemque 1104 *temnat* cum α; est ubi melius quid quam ceteri omnes praebeat, ut 300 *bis sena.* quod 358 cum C legit *sepultus,* casui poterat adnumerari; non tamen sic iudicauerim de u. 495 ubi *ruptum* CT. Non transeundum 1386 cum H legere *saeuis,* 342 seruasse quod unum uerum est *ipsa* cum HD, 532 cum CDH *at.* Ex uno fonte cum B qui abhorrebat a nostris libris eum hausisse apparet ex 722, ubi in utroque *Dicens* praefixum uersui, item ex 319, ubi quae sit origo ineptae lectionis Bruxellensis libri *retrahitque redire uideres* elucet ex T qui totum sic exhibet: *cunctos retrahique uideres;* uterque etiam 1424 *scurruli.* Exempla ubi T cum b stat contra B haec habes 35 71 524 581 629 1134; contra utrumque 94 319. At piget haec latius persequi, cum nihil inde oriatur fructus. Iam enim, si qua nuper dignitate gauisus est liber Bruxellensis quod instar omnium Geraldianae recensionis exemplarium esset, deturbatum eum nec Parisino nec Treuerensi quidquam auctoritatis indulgendum constat, postquam multo uetustiorem huius ordinis librum coaeuum ipsius Geraldi primo exemplari atque nescio an inde deriuatum nancti sumus.

H Is est Bremetensis ex quo chronographus Noualiciensis (H) excerpta nobis indulsit a. u. 93 ad 577 misere quidem habita ab miserrimo illo scriptore, magni tamen ad Walthariani contextus historiam momenti. Nam liber iste scriptus saeculo XI ineunte cum certissima praebeat testimonia Geraldianae recensionis esse contextum*), quam in rem sufficit monstrare locos 98 158 200 221 228 232 293 303 513 532, prae ceteris 304 468 s. atque uersum 99 omissum, multis tamen siue uitiis siue coniecturis quae in libros BbT postea sunt intrusa, liber est; quare non semel eis locis ubi poetae uerba retinuit Geraldus in auxilium uocari potest uel contra libros α siue solus siue cum Vindobonensi, qua de re supra diximus: addendum est cum uno A nostrum 109 legere *illos* 421 *accersita*. Num possit eis in partibus carminis, quarum non excerpta dedit chronographus, librorum BbT aliquis fructus esse quaeris: maxime ambiguum crediderim et quod possit errores gignere, si quis his ita uelit adhaerere, ut deserat A uel D qui carmen ad finem enarrant.

Iδ Ut paucis conprehendam quae de Engelbergensibus foliis dicenda sunt: cum α quae habeant commune cum disertis uerbis apud Grimmium non dicatur, unum tibi affero exemplum 1086 ubi legitur *subiecti* quod ceteri omnes spreuerunt. Sed idem locus tibi ostendit coniecturae

---

*) Geraldi prologum libro Bremetensi non fuisse praefixum non inde efficitur, quod Chr. Noual. c. 9 scriptor dicit: „Sic quidam metricanorus de ipsis ait.“ Ne ignorasse quidem Geraldi nomen illum his uerbis satis certo declaratur.

indulsisse huius recensionis auctorem: nam non inmutatum transtulit quod α habet, sed scripsit *qui fuerunt subiecti.* Atque quae Grimmius ex eo libro attulit plerumque sunt aut coniecturae, uelut 359 *pressi iacuere sopore* 401 *Exosam* 416 *In bellis* 1092 *Suppliciter* 1101 *Altum quis baratrum* 1115 *conflictum credere* 1140 *suspensus* 1223 *accessu,* aut errores librarii ex quibus apparet hunc quoque librum non primarium fuisse eius recensionis, uelut 461 *curru* pro *cursu* (coniectura et hoc est) 983 *infestum* pro *insertum* 989 *tota* pro *totas* 998 *labore* pro *labori* 982 *helnal* pro *helnod* 1037 *uibrauit* pro *uibratu* 1040 *manens* pro *manes* 1055 *Conuictus* pro *Conuiciis* 1071 *se* pro *te* 1088 *quod impune negatur* pro eo quod est *quo est impune necatus.* 1091 *Euento* pro *Euentum* 1111 *Ostendere* pro *Ostendet se* 1129 *Demissisque* 1148 *Ac* pro *Nec* 1173 *leuabat* pro *leuiabat* 1221 *Accipe* pro *Accipit;* aut denique sunt lectiones recensionum β et γ quorum aut nullam aut non accuratam notitiam Grimmius habebat. Quod ad γ attinet, ex magno numero aliquot insignes locos proferam u. 98 *alumnos* 138 *ualde* 283 *restringere* 292 *more* 294 *bissus compsit* 304 *Postquam epulis depulsa fames* 1142 *Ambierat;* recensionis β usum produnt u. 231 *patimur pariter iam tempore longo,* uu. 99 204 257 cum αβ omissi quamquam legitur ille in γ, 406 *hinc inde atque,* u. 320 omissus. H codicem non nouit auctor quantum ex u. 283 patet. — Habes igitur contextum descriptum ex γ, non raro lectionibus β familiae, saepius coniecturis ipsius auctoris δ ingenio natis inmutatum. Quae recensio cum non tantam habeat quantam β et γ aucto-

ritatem, insigne tamen documentum est quam uulgati fuerint earum recensionum libri.

Tenue uides praesidium in libris positum: principalis fons est A innumeris uitiis oppletus: accedit eiusdem familiae sed non numquam interpolatus C, hic illic in auxilium uocare licet D et H: uerum ne illud quidem in uniuersum praecipi potest qua ratione sit faciendum: sua cuique loco erit lex. Circumspiciendum igitur hac in inopia num possint alia adhiberi auxilia.

Antea tamen cum ea librorum cognatio uel ex ratione appareat qua digestum est carmen in breuiores partes cum per maiores litteras siue atras siue minio scriptas (quas non raro, ut rubricator postea suppleret, omisit librarius), tum, quod rarius factum, primo cuiusque particulae uersu dextrorsum uergente: quae sint in libris a me ipso adhibitis earum partium initia subiecta ostendam tabula, ubi *α* pro AC, *β* pro D, *γ* pro BT, *ω* pro AB D BT intellectum uelim.

11	C*β*	110	B	228	B	400	CB
17	*αβ*	116	*ω*	248	A*β*	402	*α*
27	*α*	121	B	256	*β*	407	T
34	*αβ*	123	*β*?	263	B	419	*ω*
40	*α*B	142	B	277	B	428	*αβ*B
52	*α*B	170	A*β*B	285	T	436	A*β*?
64	*α*	173	A	301	T	453	T
72	*αβ*	179	A	304	AB	464	*αγ*
75	*α*B	203	B	358	A*β*B	484	C
95	C?	211	B	362	B	489	*αβ*B
96	*αβ*	215	*β*T	380	*α*B	513	*αβ*?T

518 Cγ
532 α
542 C
554 B
559 α
572 αβ
581 αβ
586 T
589 C
594 αβ
601 B
604 α
615 Cβ
617 B
623 C
628 αB
631 T
632 αβ
640 αβB
644 Cβ
649 α
664 ω
672 A
680 α
686 αβB
720 αβB
725 αβT
742 A
754 αB
756 βT
764 α
773 α
781 α
782 βT
805 α
816 α
846 ω
858 T
878 αB
895 α
914 αγ
923 α
934 α
941 αT
954 α
962 αγ
967 α
979 T
982 ω
1007 α
1008 B
1014 αB
1021 α
1044 α
1062 αγ
1073 α
1089 αB
1130 α
1148 T
1150 α
1161 B
1168 αB
1172 αβ
1188 αγ
1204 αβB
1228 αγ
1237 αB
1252 α
1264 αβT
1280 α
1285 α
1287 T
1299 Cβ
1302 C
1304 CB
1313 αβ
1333 αβ
1339 T
1346 AB
1360 AB
1376 Aβ
1384 T
1396 A
1401 AβB
1405 A
1409 A
1417 B
1421 AB
1443 AβT
1453 AB

Praeterea addo conspectum uersuum qui in hoc uel illo libro desiderantur uel alio ordine leguntur.

Geraldi prologus om. αβ est in γ
19 om. β
99 om. αβI (est in Hγ)
204 om. αβI (est in γ)

257 om. $\alpha\beta$I (est in γ)

278^b 279^a om. β (H non habet 279^a, at 278 post 279 legitur)

320 om. βI?

444 om. B (at est in HT cett.)

468 post 469 Hγ

519 post 520 C

652 om. ω (extat in C^2)

661 om. $\alpha\beta$ (est in γ)

723 om. β

944 om. C

983 om. β

990 om. β

995^b 996^a (resedit — saltusque) om. α 996 om. I

1059 om. T

1225 om. A

1265 duplex extat β

1404 om. β

1448 om. A (C?)

1450—56 om. T

III

Praeter libros alterum rei criticae subsidium paratum est in diligenti conparatione Vergilii, quem auctor prae ceteris ob oculos habuit. inchoatam illam a IGrimmio cum promouere studuerim indice infra addito p. 80—97; tamen tantum abest ut exhausta sit, ut iam nunc quaedam quae ultro se obtulerunt addere possim.

17 conparandus potius erat A XI 149 Et iam fama uolans.

28 ueniens de germine Troiae] A V 373 Bebrycia ueniens Amyci de gente.

128 potestatis] A X 18 hominum diuumque potestas.

194 Pectoribus partim rumpuntur pectora equorum] A XI 614 perfractaque quadrupedantum Pectora pectoribus rumpunt.

242 Noris me nihilum simulata mente locutum] A IV 105 Olli — sensit enim simulata mente locutam.

384 aeolicis — procellis] A V 791 miscuit aeoliis nequiquam freta procellis.

428 circumflexerat orbes] A V 131 circumflectere cursus.

669 crispans hastile] A I 313 Bina manu lato crispans hastilia ferro.

722 nec respirare sinamus] A IX 813 nec respirare potestas.

803 capessere arma] A III 234.

828 cf. ad 996.

831 *s*. Emicat hic] sublata haec ex A XII 728: Emicat hic impune putans et corpore toto Alte sublatum consurgit Turnus in ensem.

1143 urbem remeare] A XI 793 patrias remeabo inglorius urbes.

1182 soporem Ruperat] A VII 458 somnum ... rupit pauor.

1213 fuge domne propinquant] A II 733 fuge nate propinquant.

1263 umbo pro clipeo] A IX 810 al.

1310 tacito ... pectore] A I 502 tacitum ... pectus.

1389 clipeo insertauerat ulnam] A II 671 clipeoque sinistram Insertabam.

Ac ne quis frustra insumptum hunc laborem taedii plenum credat: aliquotiens conparatione illa a coniecturis defenditur poeta e. g. 797 *teli seu uulneris auctor* 954 *animum*, emendandi rectior uia monstratur ut 587 *quo tendere pergant*, non raro etiam distinguendi ut 832 quo loco *alte* non cum *Emicat* sed cum *sublato* iungendum: adde 263 s. Inde iustior quoque non paucorum locorum interpretatio paratur. Ad haec quantum studii datum sit Vergilianis operibus in Sancti Galli schola eo saeculo, luculento hoc carmen testimonio est; neque soli Aeneidi insudasse puerulos uides, sed eandem operam dedisse eclogis atque georgicon libris; ita quidem ut non hanc uel illam particulam memoria tenerent sed sermonis uergiliani, quantum fieri poterat illo tempore quo uulgaris sermo latinus desciuerat tantopere ab usu ueterum, tam gnari existerent, ut, quotiens similes describendae erant res, ultro se offerrent non tam singuli uersus, id quod

memoria sine studio poterat effici, quam totus apparatus ut ita dicam uergilianus, nec operose colligenda essent undique frusta lautissimae illius dapis. sic non raro remotissimos inter se locos Vergilii coniunxit auctor (ut 879), sic uerba quidem transcripsit, sed aliter uoluit intellegi, uelut *ferratum contum* u. 964 828 *clipeique resultant,* adde 1131, uel alia ratione inter se copulauit e. g. 1020 *liquerat calorem* pro eo quod est *calor ossa* eius *reliquit* 967 *stupefactus corda;* quae omnia non modicam eorum carminum lectionem produnt. Apparet inde quam inepta sit eorum coniectura, qui Ekkehardi quarti operam in hac re posuerunt, ut ex Vergilio intruderet hic illic uersiculos in primi Ekkehardi carmen: nam uergilianis copiis sublatis quid iam restabit integrum nisi partes quaedam carminis eae ubi poeta abreptus ardore quodam suo potius ingenio fretus oblitus est non raro exempli sui, sub finem potissimum carminis, ubi describuntur heroes inter se deproeliantes. Iam quid Vergilii quid ipsius Ekkehardi sit hac conlatione instituta cum appareat, de ipsius ingenio atque sermone rectius iudicari poterit: quidquid iudicaueris, ne illae quidem partes quibus Vergilius non adfuit, tam exile ingenium tamque peruersum ostendunt, quam quod ex Geraldi prologo nos arridet quem in fronte huius libri ponendum fuisse maximopere piget. Accedit denique illud quod conparatio ista quam de librorum generibus exposuimus sententiam confirmat; qua de re cum satis supra dictum sit, ad unum locum 787 ubi petit acer in armis *a,* ceteri stetit a. i. a. ex Vergilii A XII 938, alia uergiliana congeram, ex qui-

bus satis apparet poetam magis uersatum fuisse in romano poeta quam correctores. Nam cum uerba „acer in armis“ coniunxisset Vergilius cum standi uerbo loco supra laudato atque IX 581 (stabat in egregiis Arcentis filius armis), tamen etiam non adiecto illo uerbo posuit G. III 446 in patriis armis acer et A XII 107 maternis saeuus in armis.

Praeter Vergilium quos fontes antiquos secutus sit auctor nondum inuestigatum est accuratius, at tamen satis, ut eum non iam puerulum hoc carmen condidisse certissimum euadat. Horatium[1] et Ouidium[2] lectitasse eum multi loci clamant, plures Prudentium: praeter 859 1005 conferas cum 1172 Prud. Ps. 606: *Soluite procinctum iusti et discedite ab armis*, cum 412 Ps. 459 *iuuat infarcire cruminis*, cum 1344 Cath. X 90 *cruciamina leti*, cum *gelido pectore* 630 Ps. 238 *Anne pudicitiae gelidum iecur utile bello est?*

Ex Aratore sumptum 1130, ex uetere testamento uulgatae uersionis sine dubio plura quam ego afferre possum transtulit: unum habeo exemplum 1388: *uultus concidit* conl. cum Genesis IV 6 *cur concidit facies tua.* non autem 130 *ingenio crescentes mentis et aeuo* ex euang. Lucae II 52 sumptum est.

Non raro eosdem plurium uersuum exitus in Walthario deprehendis, uelut *iterato cruentum* et 1367 et

---

[1] uid. 1131: *humum pede certo : signare* 1320 *punctum horae* 1407 *reuocare* pro *aduocare.*

[2] uid. 855 910 1126 *excutit hastam* .i. protendit, sic *excutere brachia* Ouidius.

1443, *nimia succenditur efferus ira* 380 et 1377 (ubi *furit* pro *succenditur*): certissima haec sunt imitationis indicia, neque tamen quos secutus sit auctores uel his uel aliis locis ad hoc tempus contigit indagare.

Corippi et Pauli Diaconi adsunt uestigia: Priscum .num adhibuerit ualde dubito: nescio quae auxilia praesto fuerint in enarrandis Auarensium rebus et moribus.

Non prorsus desunt Ciceroniana[1] quamquam haec aliaque dubitari potest num ex ipsis antiquis scriptoribus transcripserit an potius per scholas tradita antiquitus habuerit: sic Liuianum illud 822 *inter se concurrere*, sic statim u. 1 quod *Europa tertia pars mundi* dicitur, ex Sallustio (Iugurtha 17 cf. Arrian. IV 7 5) a ceteris transcriptum atque uulgatum. Quare non est quod Propertium legisse suspiceris ex uu. 1181 *Et dormitantes cantu patefecit ocellos* 1185 *Sic reliquum noctis duxit*, neque Gratium, nam quod prosilire ait Haganonem ut *sicambrum*, uenatici autem canis is exemplum, ea nomina sine dubio uulgo nota erant. Ac ne de Boetio quidem satis constat, quamquam uox *inconuulsus* 1261 apud eum primum uidetur inueniri (Cons. IV 1 23) post haec usitatissima. Nam in uniuersum unus apparet fuisse cum totius saeculi tum monasterii Sangallensis sermo abundans is uocabulis inferioris aetatis auctorum, unde quis primus in conmunem usum conuerterit nequit erui. Multa

[1] uelut 764 *cachinnum tollere* 1288 *dirumpere pacem* (*amicitiam* *d.* Cicero) 1309 1842 *comminus accedere alicui* (*ad aliquem* Cicero)

praeterea accesserunt ex hominum sermone uulgari, quem antea adhibere in scriptis qui cultiores erant refugerunt. Non raro apud priscos poetas maxime comicos quae fuerant in usu, recepta uides: at paucis exceptis quae ex Terentio fluxerunt plurima per omnia tempora uulgari in usu fuisse atque nunc demum recepta in litteras censendum. Inde quantum posteriorum immo infimae aetatis auctorum ex scriptis augmentum accedat lexico latino quin etiam grammaticae facile perspici potest. Qua in re tollendus est error cui post alios Falckenheimer p. 37 indulsit, qui linguae francicae uestigia congessisse sibi uidebatur. Non enim ex francica origine repetenda uocabulorum „senior similare insinuare causa“ nouae quae uidentur notiones, sed in francicum ex uulgari transierunt, quae conmunis erat eo tempore omnibus latini orbis partibus.

Quamquam eos scriptores, qui eisdem locis sunt nati atque educati non negauerim conmuni quodam sermone quo differunt ab aliis usos esse; quod ni fallor in ipsis Sancti Galli discipulis apparet: iam Waltharii sermo cum casibus Sancti Galli conlatus multa eius rei documenta praebebit*). Unum adscribam locum. Noster u. 15 Gibichoni

---

*) eulogium (*dictum facetum*) 135, 40 (*munera*) 93, 19 domnus *saepius* insinuare 106, 27 133, 26 139, 35. 44 146, 37 persuasus 106, 52 efferi illi 109, 15 confortans 109, 31 cuiquam iubere 124, 51 per Hadewigae uitam — sic enim iurare solebant — 125, 4 (per propriam uitam Walth. 165) senior 143, 44 a longe 138, 14 omnimodis 86, 23 141, 41 142, 14 regirauit 114, 28 transponere legiones 110, 34. 37 hinc inde 147, 2. 4 si uixero 146, 32 appropiare 89, 33 97, 39 98, 28.

prolem ortam ait quam *postea* narraturum se pollicetur. Atque Geyder de futuro tempore hanc uocem *postea* intellegit, cum idem sit quod *infra* quale est apud Sallustium in Catilina 34, 3 44, 4. Simillime Ekkehardus IV Cas. p. 62, 30: *subter notare curauimus: quorum nomina haec sunt.*

Aeque igitur consulturus et constituendae rationi qua carminis nostri contextus sit formandus*) et studio sermonis illorum saeculorum cognoscendi glossarium adieci uocabulorum quae noster in eis partibus inprimis ubi deseruit Vergilium adhibuit. Id quamquam non omnibus ex numeris absolutum scio, tamen non uereor ne quod uocabulum aut inusitatum ueteribus aut apud priscos tantum auctores occurrens omiserim: notorum uocabulorum parum usitatam notionem si quando non respexi, ueniam facile me spero inpetraturum.

Si uera sunt quae de indole librorum primi ordinis exposuimus, et sunt uera, non omnia quaecumque peccata sunt contra metricas et prosodiacas rationes priorum poetarum ab ipso auctore Waltharii satis gnaro Vergilianorum operum conmissa iudicabimus. Quae ea ipsa qua uixit aetate solemnia fuisse aut ex aliorum poetarum exemplo conprobari potest aut analogia, retinenda erunt, cetera autem tollenda. Ea igitur ratione defendenda erunt

---

*) e. g. uerba cum *dis* conposita uelut *diffugere discutere dissilire* eandem eis temporibus notionem adsciuerunt quae olim habebant conposita cum *de*: atque uti est inconstantia promiscue ponuntur *diffugere* et *defugere*: haec et talia non turbata per librarios, sed ab ipso auctore sunt profecta.

mulierem mulieri producta paenultima, quod inde ab Orestis tragoedia in usu erat., *negotio conuiciis uictoriam quantocius ironia* choriambica mensura, *poesis heremi spera* correpta paenultima (posteriora duo a Prudentio sic adhibita), *spātam* producta *a*, accedit in *semispata* correpta *e* atque non producta duobus consonis *i* littera. Iam cum in *çonuiciis* causa uidetur fuisse siue falsa uocabuli deriuatio siue *uitii* conparatio, idem aliquotiens animaduertendum: posuit auctor *fabrefacta* correpta *e*, ex stupefacti et benefacti analogia, *maceratio* correpta *a* quod ab eo quod est macer deduxit uitiose, *oportunus* non solum*) simplici *p* sed etiam correpta *o*, quod deriuatum uidebatur ab oportet, immo *irritandi* duo uerba prorsus inter se diuersa conmiscuit, nam pro eo quod ductum ab irritus frustrandi seruat notionem, producta *i* lacessendi uerbum posuit.

Haec igitur seruanda duco: non seruandum erat *heri* spondeus 372, *byssino* longa paenultima 300, *liquerat* correpta *i* 1020, *maligeram* breui *a* 1287, *adeo* dactylus 1431, minus etiam quod ne libri quidem tuentur *et data* 1350 alia.

Vocalem *o* in exitu positum quod breuem reddidit auctor in *gerundiis* excusationem habet ex ueterum poetarum licentia: frequentius tamen per medium aeuum hoc factum; in ipso Walthario nouiens extat. uid. glossarium p. 117. item in aduerbio *iterato* eandem corripuit

*) at quatuor operiri cum scriberet simplici consona, longam *a* et *o* mensuram retinuit.

uocalem; neque hoc in eo uituperandum. Item ueniam ex aetate habet, quod non raro ante *sc sp st* litteras siue incipientes uocabula siue in eodem uocabulo positas quae antecedunt breues non produxit 280 *sepelire studebo* 927 *Ille studet* — 193 *pugnamque restaurant* 840 *accipe scutum* 974 *obstamine scuti* 1291 *tegmine scuti* 1424 *pocula scurrili* 133 *ideoque scias* 874 *rapte spei* 1148 *aspera spinis* 1174 *affamine sponsam* — 1390 *semĭspata.* at non minus contra meliorem usum produxit *e* finalem scribendo 522 *facile spoliandum;* quamquam nil obstat quominus breuem litteram in exitu uocabuli positum sequatur uocabulum a litteris *su* incipiens: sic *malĕsuada* Vergilius VI 276, sic noster 1311 *praecedere suadens*, atque *β* recensio 370 *deferrequĕ suetas.* Huc ni fallor pertinet quod scriptum est 482 *Fortia squamosus;* nam non saepe illis temporibus pro *squ* litteris *su* positum: sic eo ipso loco C codex exhibet *suamosus*, sic 791 *suamoso α* et *β* recensiones: quam in rem amplius inquirendum erit.

Recto gradu ad synizesin delati sumus: eae ipsae litterae *su* modo unum effecerunt sonum, modo distincte pronuntiatae sunt id quod postea plerumque factum uidetur. Igitur apud nostrum *suetum* trisyllabum habes 370, bisyllabum 492 1207 (*consueto*), item *suasus* bisyllabum 168. alia synizesis genera ex uergiliano more admisit: bisyllaba *aureis* et *aureum* 335 1059 *genua* et *beluae* 1326 et 1342, *fastidit* pro *fastidiit* 631.

Mutam cum liquida raro producere syllabam priorem passus est: (*fabrefacta* 1372 *ludicra* 1349 — *ille reflectitur* 929 *immota fragores* 1002 *fine fruaris* 1426 *fune*

tridentem 983 *uoce tridentem* 990 *scio praegrandes* 1354 *recidente precor* 1054 *cedere gnarus* 1386 *iteratŏ cruentum* 1367 1443) semel tamen *ludĭcra* 874 *lătronibus* 496 *făbrorum* 264 *făbris* 271 *uolŭcres* 272. tamen cum in *triplex* uocabulo non produxerit *i* 668 et 983, recte scripsisse *β* recensionis auctorem siue ex coniectura siue quod erat in archetypo 1344 *atque triplex* credo, quamquam *et triplex* sit in *αγ*. Huc pertinet quod in nominibus *Pataurid Ekeurid* litteris *ur* non produxit uocalem quae antecedit.

Breuem syllabam aut hiatum in caesura non tam frequenter admisit auctor quam posteriores, quamquam modum transgressus uidetur a ueteribus concessum. uitasse poetam hanc licentiam potius quam quaesiuisse IGrimmius p. XX inde conclusit, quod nusquam *a* nominatiui producta inueniatur. In penthemimeri 140 *completis illum* 667 *dabis aut* 749 *iuuenis et* 934 *magis irarum* 1050 *indignatus iram* 1119 *ratus ubi* 1209 *fragilis animo* 1397 *uulnus atque.* fortasse huc referendum quod supra attuli 518 *facile spoliandum;* ex coniectura est 1006 *facile uiuus;* in hephthemimeri multo rarius: 620 *Waltharius et* 913 *corpus animam* 1238 *surdus alio:* sustuli quartum exemplum 518.

Aliis locis uix uidetur tolerari debere, tollenda erant sine dubio haec: 1160 *Ac ensem* 1143 *Hostis et an urbem uellent.*

Sane augetur numerus si adnumeramus, (quod quominus faciamus nil obstat), eos locos, ubi breuis syllaba aut hiatus in caesura ante H litteram est: 131 *ueniat*

haec 395 *caput huc* 418 *uelit hac* 650 *propius hostem* 685 *dominus hora* 810 *oportunus hodie* 950 *arsistis hominem* — 216 *aspectu hilares:* haec in penthemimeri; in hephthemimeri: 406 *stantem hinc* (sic *α*) 498 *iuuenis huc* 823 *Vosagus haec* 1295 *fraxineum hastile* (ubi *que* interponitur falso AC²) — Sublata sunt uel ope librorum uel contra libros haec: 590 *an huc* 1021 *Trogum haerentem* 1160 *ensem hac* 859 *insatiata habendi.* Restant aliquot loci ubi praeter eas caesuras admissa in fine uocabulorum breuis syllaba fortasse tuenda exemplis ueterum auctorum: 36 *Filia huic* 302 *Illicit ad haustum* 1039 *Corde tamen habitum* 1051 *Waltharius humerumque* 1083 *Qui solus hodie.* Eximendum credo 1170 *Vinxit: hi tantum,* ubi pro *hi* siue bisyllabum uocabulum siue a consonanti incipiens uelut *tot* reponendum censeo.

Adhuc non erat cur refugeremus ad consonantiam litterae H, quam diu ante Waltharium ab Venantio aliisque adhibitam scimus: dubium eius exemplum extat in rhythmis de S. Othmaro p. 58, 35 (*Hic finis hominis*). Verum tam frequens est ante nomina propria quae ab H littera incipiunt breuis syllabae usus, ut de ui atque potestate illius nequeat dubitari. Recte igitur IGrimmius p. XXI: „der hauch H behauptet in den deutschen eigennamen die einheimische consonantische schärfe“, recte haec, dummodo ne omnia, sed quaedam nomina quae ab origine asperiorem habuerunt litterae sonum per CH plerumque redditum, intellegas: cetera quae adiungit non satis accurata sunt. igitur sine dubio hanc uim habuit

illa littera, uel habere poterat, nam elisionem adhibuit poeta aliquotiens (477 846 855 1011 — 94), in nominibus *Haganonis* (cf. *Chaino Chagnoald*) *Hiltgundae* (*Childegundae*) *Hunorum* (quos *Chunos* uel *Chunnos* appellant Paulus Diaconus Fredegarius alii) *Heririci* (*Charirici*). Atque uiciens semel in *Haganone* plerumque in caesuris penthemimeri et hephthemimeri et post secundae sedis arsin; semel post arsin quinti pedis 556 et post primam arsin (*Ni Hagano* 1328) maxime post *um* et *us* syllabas, ter post *i*, singulis locis post *am em im ur or*, bis post perfecti exitum *it*, post *at* particulam 518 ubi facile poterat *ast* legi; ter in *Hiltgunda* (36 571 1448), in *Hunis* quinquiens (69 155 172 543 599), quae sunt in *Heririco* ter (35 52 80) prorsus eadem ratione. Num *Heimnodi* quoque et *Hadawarti* nomina eodem in numero habenda sint nescio, nec attinet quaerere, cum in legitima caesura legantur hoc 782, illud 982 1008.

Utut haec res est id ego certissimum habeo poetam non nisi necessitate quadam conmotum siue asperiorem H litterae sonum, siue hiatum cum syllaba breui admisisse; eandem dico necessitatem quae eum adduxit, ut in Walthari uocatiuo produceret *a* litteram. Prorsus igitur diuersam rationem secutus est a Venantio.

Praeterea notandum est nostrum nondum accessisse eis qui elisionem euitarent uel qui similibus sonis uersus suos distinguerent. Ubique uides saeculi sui sermone non spreto modum tamen ac rationem eum adhibuisse atque priorum potius poetarum exemplo se dedisse. A puerilibus uitiis abstinuit certe: non igitur est quod iure me sustu-

lisse dicam qualia sunt 513 *uestigia in puluere* 1075 *Deprecor per superos* aliaque.

In orthographicis rebus, nam de his aptissime hoc loco qui est de sermone carminis disserendum erit, in his igitur quod non nimis anxie librorum uestigia pressi, ueniam dabit qui considerat in eis nec ueterum Romanorum nec eius saeculi usum sibi constare. accedit quod ipsius auctoris manus non sit tradita. Satis igitur fuit saluo more illius saeculi euitare quae ab nostra consuetudine nimium recedebant. Igitur *ae* et *oe* scripsi quae non raro per *ę* et *e* scribuntur in libris, retinui *t* ante *i* quotiens in *c* transierat (*milicia seruicio tociens*), plerumque etiam suis uocabulis restitui *i* et *y*, *m* pro *n* reposui ante *qu* in *numquam quocumque plerumque;* atque haec quidem praetereunda erant silentio in adnotatione.

In aliis quoad fieri poterat melioribus libris *α*D parui, uelut in ponenda uel omittenda *h* littera (*habundans harena Hister*), a quibus ubi abeundum uidebatur, e. g. ubi *rh* et *r*, *th* et *t*, *t* et *d*, *m* et *n* conmutatae erant (*Rhodanus Rhenus thorax athleta*, *inquid reliquid menbra* alia) adnotaui meliorum librorum lectiones, deteriores tacite omisi: aliquotiens atque inprimis in conpositis cum *in* et *con* ita egi, ut ad id quod in contextum receperam infra non diuersitatem librorum sed testimonia eorum adscriberem.

IIII

Chronicon noualiciense perscriptum est in rotulo ex 28 membranis diuersae longitudinis unam palmam latis conposito, quae efficiunt paulo plus undecim metris. Anterior rotuli pars tota, posterior ad mediam occupatur chronico. Pars quaedam superior in qua primi libri capita 11 priora exarata erant, abscissa interiit; infra quoque quaedam deesse uidentur: nam qui una interiit quartus liber cum indicibus quinti longitudine sine dubio superabat ista. Qua nunc est condicione rotulus, non sic ex auctoris manu prodiit. solutis aliquando suturis non dubium quin una saltem membrana exciderit. quota fuerit ex singularum membranarum primis uerbis quae Bethmannus plerumque indicauit conputari potest: puta inter septimam et octauam cuius in fronte erat libri II c. 16 atque c. 17 initium, in tergo appendicis quarta pars.

Diuersis autem manibus exaratum est chronicon; tres Bethmannus satis certo ait dignosci posse. quarum una, quae multis locis quae falsa erant correxit, quae omissa suppleuit, auctoris habenda. alteram et tertiam scribarum dicit quas numeris I et II appositis discreuit uersus finem difficilius internoscendas. Ab ipso auctore exarata habes II 9 maxima ex parte (nam postrema pars scribae II est), tres primi indices libri III atque indices 20—33 postea suppleti, III c. 18 med. ad finem eius libri, libri IV iam amissi indices, denique l. V c. 13 ad finem.

Ut ipse II 9 ex. secundo scribae tradidit stilum, sic in primi scribae locum successit III 18. Ita sublata est suspicio ipsum opus ab alio quodam incoeptum conpleuisse atque continuasse.

Etiamsi non uno tenore liber est conpositus, tamen apparet non intra tam amplum temporis spatium eum esse absolutum. nec uidetur auctor quae multis annis uel etiam decenniis ante scripta erant rescripsisse aut rescribenda curasse sed dum ipsum opus conderet. nam ne quis ipsum exemplar quod extat tam diuersis temporibus confici potuisse existimet, obstant duo scribae, quos quis credat per triginta fere annos praesto fuisse auctori.

De ipso tempore quo chronicon scriptum sit in diuersas sententias abierunt uiri docti. Agitur in quinti libri indice 40 *de abbate Godefredo, qui longe post mortem suam cuidam fratri fugienti apparuit.* Igitur Godefredus cum a. 1027 obierit, multo post h. a. hic liber incoeptus est. In appendicis c. 5—10 continuatio est chronici ab a. 1014 usque ad tempus anno 1050 posterius, scripta quidem a primo librario, sed ab ipso auctore correcta, ut iam non liceat de alio auctore cogitare. Inprimis de annis 1147 1148 agitur in appendice: quintumque caput uersiculos quosdam exhibet, quos suo iure Benzonis esse, qui ab a. 1059 Albae erat episcopus, coniecit Bethmannus; nam in editis Benzonis non extant.

Efficitur his totum opus c. s. XI medium esse confectum. Aliter censuit ipse Bethmannus cum Terraneo, qui quod II 14 Iusti monachi corpus Susam translatum esse non narratur, ante eius translationis annum 1027

saltem hunc librum scriptum contendunt. Equidem hoc non tanti existimauerim, ut propterea tenue istud opusculum totius paene uitae laborem iudicem, praesertim cum multae causae possint excogitari propter quas auctor illam rem neglexerit.

Bethmannus quidem iam anno 1014 in monasterio eum credit fuisse ex II 25: sed ex illo loco dubito num hoc possit elici. Narrat ibi auctor de Bruningo monacho, quem Gezo abbas miserit Noualicium, addens: *„sirmata cuius secutus sum, quem multi nouerunt propinquum mis*) fuisse.“* Nempe iniecta propinqui memoria talium scriptorum more rem alienam adiungens narrat illius se cognati exemplo permotum, ut ipse monasticam uitam eligeret. syrma enim pro ueste monachali dictum. Illud autem eo ipso tempore factum nihil est quod cogat credere; poterant multi interesse anni. Atque ecce alius occurrit locus qui post a. 1027 intrasse eum ueri reddit simile: dicit enim App. 5: „Post obitum domni Gotefredi abbatis qui timore et amore dei plenus fuisse refertur“. quid *fuisse refertur*, si tredecim annos uersatus erat in uno ex monasteriis illi conmissis? nam a. 1027 mense Ianuario Godefredus obiit.

Fortasse nondum monachus existebat cum illa translatio celebrata est, fortasse non erat praesens, sed conmorabatur siue Bremeti siue alibi, qua de re uid. Bethmannus p. 54 n. 6. Quid tum mirum si non ita haec res

*) mis Ennianam formam eisque saeculis usitatissimam pro mei posuit auctor: pronomen personale pro possessiuo. iniuria Bethmannus mihi scripsit.

animo inhaeserat, ut eius suo tempore esset memor? Apud alios quoque non tanti fuisse illa uidetur: non conmemoratur in necrologiis s. XII Nonaliciensi et S. Andreae Taurinensis (Pertz. SS. VII 130 131). Tantumque abest ut ex neglecta hac memoria ante a. 1027 librum conscriptum probetur, ut fortasse rectius multo post cum iam obliuione obruta esset illa res scriptum conicias. Vt cumulum addam controuersiae meae: cum constet auctorem circa annum 1050 opus suum adhuc inter manus habuisse (ex correcturis quae adsunt in app. 5—10), quin priora plus semel perlegerit non dubitandum: siue igitur de Iusto narrationem ante a. 1027 siue postea scripsit, reminiscendi atque corrigendi largam occasionem habuit, nec tamen ea est usus. Nihil quidquam igitur ex ista neglegentia de tempore libri II probatur.

Atque acciderunt illo ipso anno ineunte quo Iusti corpus est translatum grauissimae res quae facile oculos auertere poterant alio: creatus est Odilo abbas monasterii Nonaliciensis, nepos quidem celeberrimi Cluniacensium abbatis, qui tamen cognati exemplo spreto summo huic et Bremetensium monasterio luctui erat. Ipsum auctorem querentem audis app. 5—7. At quamuis leue erat noui abbatis ingenium, tamen non dubitandum quin Cluniacensium auctoritas illis quoque locis inualuerit atque disciplinae eorum seueritas non aliena ab eis quae antiquitus tradita erant per regulam, non paucis monachis ueneranda sit uisa. Ex ipsius Waltharii uita quam auctor multis exposuit uerbis hoc ni fallor apparet. Antiquis igitur temporibus refert II c. 7 fortem quendam uirum

cui nomen Walthario Noualicium se contulisse, regio sanguine ortum, ut post multas res fortiter gestas hoc loco olitoris munere suscepto reliquos uitae dies quietus degeret peccauinum agens poenitentiam. Huc autem ut deuerteretur, disciplinae rigor eum conmouerat non alibi inuentus: cuius explorandi ratione usus est simili atque Otto Magnus in Sti Galli claustro (Ekkehardi Cas. p. 147, 6 uid. Ogerius apud Mabillonium Annal. II 351).

Continuatur haec narratio capitis septimi non c. 8 et 9 sed decimo cum undecimo incipientibus ab *Interea* uocabulo cuius nulla in eis quae praecedunt causa est — quamquam liberius iusto in his aliisque rebus uersatum auctorem concedendum. atque narrantur quaedam quae ueterem animum Waltharii cucullo sumpto non fractum fuisse probant. Capita porro 12 et 13 de uiri propinquis agunt: filii Ratherii Rathaldique nepotis fit mentio: narratur quo casu repertum sit uiri fortissimi sepulchrum. Horum omnium nihil praeter Hiltgundae coniugis nomen quod c. 12 occurrit ad nostrum Waltharium; ne manu quidem altera ille est truncatus, quod animaduertit San-Marte p. 20: contra si polonicam de Walthario famam conparas, artam cum Walthario, qualis est in Ekkehardi carmine, coniunctionem deprehendis. Iam quam multos eius nominis bellatores Germania nostra cum adfinibus regionibus genuerint, reputandum erit. Satis est meminisse illius comitis Waltharii, quo de plura Giesebrechtus II 149 ex Thietmaro VII 45, cuius gesta facile possis suspicari Noualiciensibus plura fingendi ansam dedisse, quamquam inuerso ille ordine postquam monachus fuit

miles factus omnibus timendus proelio supremum obiit diem. At fuit ille in claustro, Aquitanum quae fama umquam monachum fuisse narrat? inclitus comes et athleta Waltharius ille dicitur c. 12, Aquitanum nescio qui sic appellauerit umquam. Vt paucis exponam, Aquitani atque Noualiciensis Waltharii coniunctio uiolenta atque temeraria est, debeturque auctori chronici qui postquam Noualiciensium de Walthario monacho narrationem conscripserat capitibus 7 et 10—13, forte fortuna incidit in Bremetensis monasterii codicem in quo Ekkehardi carmen erat. Ipsius octaui capitis prima uerba hoc patefaciunt: *Hic ergo W. quis uel unde nuperrime fuerit, uel a quo patre genitus sit, non est bonum silencio abscondere.* sic doctrinam suam uenditat ille quamquam est nouissime parata.

Contra artissime quae c. 7 narrauit cum c. 10—13 cohaerent. Quae habet de nostro Walthario ex solo poemate fluxerunt, de altero Walthario tam ex scriptis quam ex hominum ore: *peregrinationis* liber (.i. pilgerfahrt) citatur c. 7; conscriptam eam fuisse uersibus coniecit Bethmannus ex Waltharii laude leoninis*) distichis conposita c. 7: at cum in ipsa narratione prorsus nihil relictum sit poetici sermonis, uersus illos librarii cuiusdam studio in calce adscriptos fuisse ut fieri solebat suspicor. Quae deinde narrat c. 10 sqq. omnia ex fama hominum**), non

*) leoninus sexti uersus restituendus sic ut pro *metuit* scribatur *ueritus.*

**) *uolunt autem nonnulli, tradunt autem nonnulli, ferunt aliquanti.* huc facit et locus qui dictus erat *Ferita Waltari.*

ex aliis scriptis petita sunt: memorantur quidem actus uitae suae c. 12 qualescumque actus illi fuerunt, sane non magni faciendos esse et res propter quam citantur et ipsa citandi ratio admonet: *Quem asserunt nostri multos uixisse annos, quorum numerum collectum non repperi* (poterat hoc quoque de scriptis fontibus intellegi in sanioris mentis auctore): *sed in actibus uitae suae cognoscitur quibus extiterit temporibus.*

Atque ego potius de rebus gestis intellegendum credo quam de libro quopiam: modo dixerat auctor c. 11 ex. „*de quo eiecerat equos regis Desiderii*“, iam inde colligi posse ait quo Waltharius uixerit tempore. Iam restat dubitatio num recte coniunxerit quae ex libro retulit c. 7 cum eis quae audita enarrauit c. 10—13: hanc ego dubitationem non facile credo tolli posse: melius sane inter se coniuncta sunt, quam cum Aquitani fama.

Excerpta autem carminis cum intruderet, neglexit primum c. 10 uerbum *Interea;* contra c. 12 priusquam describendum mandauit scribae, post filii nomen haec uerba addidit ex carmine: *quem peperit ei Hildegunt praenominata puella.*

Octauum caput scriba I exarauit; ipse auctor partem maiorem carminis scripsit ad u. 542; ibi secundus scriba pergit, siue quod auctor ante coniecerat in alia folia describens siue excipiens ex ore fessi scribendo magistri; sextam ille membranam multo breuioribus excerptis oppleuit, quae ne finem quidem carminis narrant, paucis tamen uerbis cum possent absolui quae narrat Ekkehardus a u. 1409 ad 1456, non excidisse membranam credo;

siue est scribae neglegentia postea cum corrigeret auctor non castigata siue membranae finis stilum poni iubebat et postea ille explere lacunam neglexit. Codicem Bremetensem mutilum fuisse non arbitror: praeter alia testimonia hoc affero: cum exscriberet auctor u. 220 eisdem utitur uerbis quae in carmine leguntur u. 1176.

Quod supra dixi non uideri Peregrinationem carmen fuisse, paucis conprobabo. Auctor chronici si carminibus utebatur, non studuit poeticum sermonem in pedestrem conuertere, sed summa cum socordia, id quod in Walthario factum uidemus, transtulit uerba in suum exemplar paululum inuerso ordine, addens passim quae poterant omitti, omittens quae non deesse debebant: sic plurima uestigia prioris formae reliquit: in peregrinatione frustra quaesiueris. At alterum tibi exemplum ostendam V 29 ubi de Oddonis marcgrauii donatione quadam agitur. Ibi statim praeter assonantias quas dicunt, uelut *tibi ibi* aliaque quae colorem poeticum habent, ut aduerbia *clare patule* iuxta posita, primorum uerbum rhythmus carmen indicat, cuius aliqua pars facili opera restitui potest hunc in modum:

(Oddo), sancte Petre, tibi tradidit Pollentiam
locum dignum: memor esto muneris clarissimi
contradentur caeli dona tribuit qui terrea.
tibi ibi modulatur rithmica laudatio
Loci huius moenia ecce micant clare patule
—⏑—⏑ quo apparet, quanti fuit pretii.
fontes tot reperiuntur quot non ullo in altero.
praeter quos est latex quidam olim dictus impius,
ubi inter fluctus uidebis caeruleas silices
caesorum uelut sanctorum madefactas sanguine.

V

. Age iam de auctore carminis quid sit statuendum uideamus. Codices ordinum $\alpha\beta$ nullum produnt nomen, in γ Geraldi nescio cuius prologus praefigitur, quem Parisini libri nota recenti tempore adiecta monachum Floriacensem fuisse autumat*). Quae coniectura non propterea a uero aberrat quod, ut est in Hist. litt. Franciae VI 438, illud monasterium eius nominis monachum non uiderit — nam liber Vaticanus regis Christinae n. 566 s. XI a. f. 23 ad 32 continet „*translationem corporis beati Benedicti et Scolasticae sororis eius Versibus editam*“ quod opus diserte adscribitur *domino Giraldo Floriacensi monacho***), sed quod prorsus nihil est in carmine quod illum in locum spectet. at contra cum aliis in locis non defuisse credendi poetae, quibus hoc fuerit nomen satis frequens, tum carmen germanicae traditionis plenum atque ad Rheni superioris regiones lectorem conuertens uix fieri potest ut ad Ligerem natum suspiceris, id quod IGrimmius exposuit p. 60.

Primus *v.d.Hagen* a. 1816***) ni fallor *Polycarpi*

---

*) „*S. Gerauld, moine de Fleuri comme il semble.*“ On lit à la fin, écrit de la même main: *Explicit liber Tifridi episcopi crassi de nulla ciuitate.* Merilius.

**) Dudík Iter Romanum I 176 adn.

***) Büsching, Wöchentl. Nachrichten II 320 IV 122.

Leyseri loco p. 310 ductus Eckehardum Sancti Galli decanum*) nostri carminis auctorem esse pronuntiauit; ac tertium quidem ex quattuor uel quinque cognominum illius monasterii fratrum cum Leysero in animo habuisse uidetur: quem alter a. 1040, alter decem annis post floruisse dicit. Deductum hoc sine dubio ex *Anonymi Mellicensis de scriptoribus ecclesiasticis c. 70***) ubi haec habes: „*Ekehardus monachus monasterii Sancti Galli, acuti satis Ingenii, gesta Waltharii metro conscripsit Heroico, tertio regnante Hainrico.*" Conparanda haec cum eis quae Ekkehardus quartus eius nominis in Casibus Sti Galli***) de primo Ekkehardo memoriae tradidit:

„Nam in Ekkehardo natura et studio caritatis dulcedine pleno spiritus cunctorum quieuerat.[1]) — — Multa de eo post dicenda sunt, sed prius a quo spiritu ductus sit, ex uerbis ipsius nosci licet. Scripsit enim doctus ille sequentias: „Prompta mente canamus"[2]), „Summum praeconem Christi"[3]), „Qui benedici cupitis"[4]), „A solis

---

*) hic titulus est et primi et tertii Ekkehardi: etiam quinto datur a Leysero nescio quo iure.

**) ed. I.A.Fabricius Hamburgi 1718 p. 153.

***) ed. I. de Arx in Pertzi MM. SS. II.

[1]) narratur quanti honores ei tributi sint cum Romae esset.
[2]) hymnus de sta trinitate, ex cod. n. 380 s. X descripsit Greithius, ed. San-Marte p. 167. legitur etiam in cod. 381, item teste Morelio p. 4 in libris Einsidlensi et Rhenaugiensi. Daniel thes. II 57.
[3]) h. in laudes sti Baptistae ex cod. 375 s. XII ed. San-Marte p. 168; est etiam in c. 376. [4]) h. in honorem S. Benedicti: seruatus eisdem libris. ed. San-Marte p. 170 ex cod. 375, Monius III 227 (n. 841) ex Monacensi s. XI et Caroliruhano s. XV.

occasu"[5]), de St. Afra antiphonas, ut reliquias eius mereretur, Luitoldo episcopo[6]) et sequentiam dictauit. Ymnum „O martyr aeterni patris"[7]), „Ambulans Hiesus", „Adoremus gloriosissimum"[8]) scripsit et in scholis metricae[9]) magistro, uacillanter quidem, quia in affectione, non in habitu, erat puer[10]), uitam Waltharii manu fortis[11]),

---

[5]) h. in Stum Columbanum ex cod. 381 s. X ed. San-Marte p. 171, Monius III 256 (n. 875) ex Monacensi s. XII. [6]) Luitoldus ab anno demum 989 ad 996 episcopus erat Augustanus: antiphonae illae atque sequentia nondum innotuerunt, neque etiam hymnus qui sequitur. [7]) Legendum suspicor *Ymnumque;* nam *ymnum* pendere ex uerbo quod sequitur *scripsit* uix mihi persuadeo; in ipso codice ante *scripsit* punctum positum uidetur. Neque rara sunt uitia in eo quod solum superest Casuum exemplo: uelut p. 81, 30 *suscipientes* habet pro *suspicientes,* p. 122, 2 *solos* pro *solus,* p. 145, 2 *praesagante* pro eo quod est *praesagiente,* ut taceam de aliis. [8]) utraque antiphona in primis uesperis S. Andreae, ex ewangelio festi illius deprompta, non facta ab Ekkehardo, sed melodiis donata, ut ait Greithius l. l. [9]) *metrice* codex. genetiuus omni dubitatione caret. [10]) haec qua ratione intellegenda, alter locus Casuum p. 71, 22 luculenter docet: „*licet habitu non esset, conuersatione tamen et uoto monachus existebat.*" cf. 78, 42 monachici habitus pueris. Puer erat Ekkehardus non statura corporis, sed studiis illi aetati conuenientibus. [11]) *manu fortis* .i. ualidi cf. 142, 40: *Raucosus enim ludibundae uocis erat et morum, manu fortis quidem.* IGrimmius et San-Marte ex u. 1383 hoc attributum petitum aiunt; ubi *dextera fortis* laudatur: at manu promptum Waltharius per totum carmen se praestitit. Vtcumque hoc est, titulum supra exhibitum ex carminis uel inscriptione uel contextu depromptum ne credas, ipsa uox *uita* prohibet. Nec maiorem ut infra patebit ueri speciem coniectura grimmiana (p. 119 adn.) prae se fert epitheton illud lectum fuisse in Ekkehardi quarti recensione.

quam Magontiae positi Aribone archiepiscopo iubente pro posse et nosse nostro correximus; barbaries enim et idiomata eius Teutonem adhuc affectantem repente latinum fieri non patiuntur. Unde male docere solent discipulos semimagistri[12]) dicentes: „Videte quomodo disertissime coram Tentone aliquo proloqui deceat, et eadem serie in latinum uerba uertite.“ Quae deceptio Ekkehardum in opere illo adhuc puerum fefellit, sed postea non sic[13]), ut in lidio charromannico[14]), „Mole ut uincendi“, „Ipse quoque opponam“[15]).

Hoc de Waltharii auctore testimonium quominus amplecterentur priores nil nisi Geraldi prologus obstitit, cuius sane uerba ea sunt, ut ipse uideatur sibi eius car-

---

[12]) *„halbgebildete lehrer“* intellegit Geyder, *„halbmeister .i. carnifex“* Pertzius; San-Marte conl. p. 144, 43 s. minorem muneris praeceptorum gradum. cf. quae occurrunt apud Cangium cum semi conposita. [13]) cf. p. 84, 48: *sed hodie non sic*, p. 122, 31: sed postea non ita. [14]) carmen in memoriam Karlomanni regis, ut censet I. de Arx, cuius nomen sic scriptum extet in necrologio n. 915 atque in breuibus annalibus codicis n. 732. atque carmen illud ex germanico uersum ex chronistae uerbis iniuria coniecit San-Marte; qui extitisse quidem uulgare carmen in Carlomannum probat ex Poeta Saxons v. 120. Sed dubitationem nominis forma mouet summam, quae potius Herimannum quendam significare uidetur. [15]) hoc quoque ignotum Praeterea laudantur in Casibus Versus duo Ekkehardi in Rachildem consobrinam p. 119, 38, incertum utrum longiori ex carmine petiti an per se facti fuerint. accedit sequentia de S. Constantino martyre, quam ex auctoritate Branderi („Credo quod sit Ekkehardi maioris“) nostro tributam edidit G.Morel lat. hymnen n. 383: neque casu effectum credo quod eius uerba quaedam u. 16 cum Waltharii u. 512 consentiunt.

minis gloriam uindicare uelle. Quod cum non dubitarent uerum esse, remedium in promptu habebant repetitum illud ex hereditate philologorum praeteritorum temporum, quod paene pudet enarrare: nempe duos fuisse Waltharios finxerunt alterum Ekkehardi iam deperditum, alterum quem manibus terimus Geraldi. Neque ueremur ne quis prouocet ad alias narrationes plus semel per medium aeuum tractatas ueluti de Pyramo et Thisbe, de sanctorum uitis, uel etiam ad Catoniana praecepta: nam haec in scholis atque in ecclesia audiebantur per totum orbem uel in triuiis cantabant histriones; Waltharii famam singulis tantum locis accuratius persequebatur uulgus neque potuit fieri, ut intra breue spatium temporis plures iu suum usum eam conuerterent. Accedit sermo prologi*): quantum hic recedit ab sermone ipsius carminis, tantum illud prope accedit ad usum domesticum Sti Galli: quin etiam in ipsis Casibus quaedam leguntur quae ex carmine sublata dixeris: uelut 120, 23 *fuma uolans,* 145, 52 *de nocte fugam iniit,* 146, 32 *eos letificabo,* 85, 1 *conuiuas letificaret,* 110, 35 *qui illorum mores in armis iam nosset,* 79, 12 *homini uelud cum fortuna ludenti,*

---

*) Simillimum habes in uersibus quibus monachus quidam s. XI Henrico II imperatori Gregorii commentarium in Ezechielem dedicat (Cod. Bamberg. B IV 11 n. 595 Jaeck.):

Presul Gregorius septeno pneumate plenus
Obscurum uatem dilucidat Ezechielem.
Caesar care deo dignanter suscipe quaeso
Hoc modicum munus, quod dat tibi pauper amicus
Pectore sinceroque colit te iudice christo.

61, 10 *heremum quae Vosegus nominatur.* Denique cum Geraldi prologus, quia non nisi extet in libris BbT, qui quantum inter se similitudinis habent, tantum ab ceteris diuersi sunt, tertiae recensionis proprius esse constet, haec autem recensio posterior sit prima, inprobissimus sine dubio putandus erit Geraldus, stultissimus autem Erchamboldus quisquis ille fuit. Quod iudicium cum in sola interpretatione prologi consistat, cuius sermo satis est asper et obscurus, uehementer admonemur ne iniuste agamus. Multo ante quam Erchamboldo scripsit, de carmine nostro uerba fecisse credendus est Geraldus apud illum cui inscripturus erat: diu exercitatum mendacium habes. Quod nisi certissime euincit prologus, ego non credam. Atque iam uersiculos istos retractanti nihil occurret, quod necessario pertineat ad carmen ab ipso Geraldo conpositum; suum laborem quod iactet uix mirum in isto ingenio. Nec minimi est momenti quod subscriptio Geraldi nomen non exhibet: quamquam titulus qui extat in B ab isto profectus uidetur *terminat liber duorum sodalium Waltharii et Haganonis:* quibus in uerbis etiam aduertas quaeso *terminat* positum pro eo quod solemne est *Explicit.* Nam inscriptio, quae est: *Incipit poesis Geraldi de Gualtario* non est ipsius carminis, quod a magna initiali incipit, sed solius prologi, quem hoc superbo poesis nomine insigniuit egregius ille poeta Geraldus. Quod si cui minus placeat, saltem concedet in medii aeui operibus subscriptionibus multo maiorem auctoritatem deberi quam inscriptioni.

Igitur Geraldum ego non magis auctorem carminis

esse putauerim quam quartum Ekkehardum. Atque cum tria constent genera contextus, quorum ex uno atque antiquissimo alterum et tertium originem traxerunt, facile quis in suspicionem possit adduci primum α ipsius auctoris Ekkehardi primi esse opus, librariorum uitiis aliquantum infectum, alterum β Ekkehardi quarti recensionem, tertium denique accedere γ Geraldi. Verum enimuero hoc quominus probemus prohibet recensionis β (DL) ratio, quae in eo maxime consistit, ut quae minus tersa essent in stilo auctoris, ornentur quam maxime et limentur politius ad uergiliani uel metri uel sermonis normam. Harum mutationum quisquis est auctor, quantopere superet ille sermonis elegantia atque uergilianorum carminum studio Ekkehardum quartum, neminem fugiet qui huius carmina edita ab Arxio Duemmlero Kellero Schneidero uel obiter conparauerit*).

---

*) Cod. bibliothecae Sti Galli n. 393 minora carmina Ekkehardi conplectitur, carmina sepulchralia, inscriptiones picturarum, hymnos in festa sanctorum, considerationes de religionis mysteriis; ex parte haec Notkeri praeceptoris iussu facta, partim missa ad Ymmonem, fratrem Monasterii in valle Sti Gregorii abbatem. Primus I. de Arx hoc usus est codice in scribendis Sti Galli rebus; ipse edidit *Rythmos de S. Othmaro* abbate (ex libro benedictionum p. 2—184) in Pertzii SS. II 54—58 (cf. Duemmler l. infra laudando p. 13 n. 1). postea F.Keller *librum benedictionum ad mensas* (p. 187—197) — sunt autem 265 monosticha leonina — ed. in Mittheilungen der antiquar. Gesellsch. zu Zürich vol. III 1847; adde Duemmler p. 16 n. 1. Fr. Schneider in appendice libri „Der heilige Bardo“ Mainz 1871 ed. *Versus ad picturas domus domini Mogontinae* 841 leoninos. *Minora denique carmina* passim dispersa per codicem collegit E.Duemmler in Haupti Z. f. d. A. XIV (N. F. II) p. 33—73; selecta

Unde efficitur (praeter anonymi recensionem in D atque Geraldi in BbT) aut quarti Ekkehardi retractationem seruatam in AC primique Ekkehardi opus interiisse aut ipsius auctoris opus his codicibus nobis traditum quartique Ekkehardi exemplar abreptum esse.

Illud ante omnia certissimum dixerim, antequam Ekkehardus quartus ederet, primi Ekkehardi opus a nemine umquam retractatum; illum enim qui sui monasterii thesauros tum diligenter perscrutatus erat in eisque industriae suae uestigia tam multa reliquit; qui postquam inde discessit multas uidit regiones atque rerum litterarumque cognitionem amplificauit non modice, cui ubicumque uersabatur Sancti Galli res numquam curae maximae esse desierunt, illum dico non poterat fugere si quis id laboris suscepisset. Neque eum sinceri animi hominem, si Geraldi recensio uel anonymi Vindobonensis ei fuisset cognita, denuo edendi consilium capturum sed potius captum abiecturum fuisse crediderim, cum illi quanto uiribus ingenii superiores essent uix eum potuisset latere. At praeter quartum Ekkehardum nemo sane antequam ipse ederet carminis notitiam habebat: ipse nimirum cum ex Sti Galli cella exiret non descriptum carmen sed autographum exemplar Waltharii secum abstulit atque retinuit, dum emitteret in publicum. Neque ueri est simile originarium illud exemplar, quod, cum esset ex

iam Canisius dederat Ant. Lectt. V 784 sqq. Addo carminis *de S. Gallo,* quod Ratpertus conposuerat germanice, uersionem latinam editam ab I. de Arx (Pertz. SS. II 33) I. Grimm Lat. Ged. p. XXXI usque ad XXXIV et in Muellenhoffi et Schereri Sprachproben.

traditione monasterii scolaris opus, non tanti erat, ut una seruaretur cum thesauris qui ab Hartmuto aliisque congesti erant in bybliothecam monasterii, postea eo rediisse: si Ekkehardus restituit, non iam primi Ekkehardi id erat exemplum, siue autographum illud suis correcturis oppletum remisit siue transcriptum ex sua recensione. Sic igitur censeo: libris AC quarti Ekkehardi recensionem seruatam, primi Ekkehardi exemplar in omne tempus abolitum. Nec tamen hoc damnum tanto dolore ferendum quanto desiderio ipsius recensionis meliora exemplaria cupienda sunt. nam quamquam noster suam operam satis extulit in Casibus, perpauca tamen emendasse eum patet. qua in re uanissimae erant coniecturae et ea quam post alios protulit Falckenheimer p. 33 n. 11 exordium atque epilogum quarti Ekkehardi esse, et quam San-Marte p. 6 Geyder p. 149 non ueriti sunt pronuntiare ab illo demum uergiliana esse intrusa*). Rectius IGrimmius p. XXV iudicauit noster si diligentius enixus esset, ut ad suum suique temporis morem Waltharium adaptaret, non potuisse quin leoninorum numerum multo maiorem institueret. Hoc non fecit: itaque quod unum ipse fecisse profitetur studuisse eum, ut teutonismos quos dicunt remoueret cense-

*) Ekkehardus quidem in Casibus ut mos erat illorum temporum non semel Vergilianis utitur: *experto credite* 120, 2 129, 8 (cf. Walth. 529), *fusi per herbas* (G. II 527) *uino et somno indulgent* (A IX 165) 106, 45 *somno uinoque sepultus* (A II 265 Walth. 358) 110, 25 et 145, 18. *fama uolans* (Walth. 17) 121, 33. A I 26: 113, 9 A II 407: 116, 17 A IV 469: 135, 17. Ratpertum inducit Vergili uersus usurpantem 80, 39 (A II 46 48). His tamen nihil efficitur.

bimus. neque hoc tam saepe quam possis ex ipsius uerbis suspicari quae facit in Casibus l. l. atque in carmine quo Ymmonem fratrem admonet germanismos ut caueat. at ne illud quidem plane apparet, qualis fuerit Ekkehardo teutonismorum notio. quae uulgo nostrates hoc nomine significant, illius generis non esse ex ipsius Ekkehardi sermone docemur, qui e. g. *scolam tenere schule halten* habet, quae uox et illi saeculo et posterioribus usitatissima erat.

Quominus autem in partibus carminis a Vergilio et sermone et rhythmo abhorrentibus insudasse emendandis atque inmutandis eum credamus, obstat ipsius ingenium temporis uitiis multo magis obnoxium quam fuerat ipse poeta. Quae opera si cui parum digna uideatur superbis editoris uerbis, ut minuatur aliquantum iactantia, adnumeretur molestus utique labor elegendi ex uariarum quae solet ineditis scriptis plerumque adlita esse lectionum farragine quae essent aptissima, ad hoc errores qui uix uitandi auctori tollendi ab editore. Id utique erit tenendum, cum uter melior fuerit *latinus*, editor an auctor, ex utriusque appareat carminibus, nostrum siue corrigendi studio siue prauo iudicio abreptum pro ueris nonnumquam uideri falsa scripsisse.

Quantuluscumque fuit eius labor, summam tamen liber apud aequales nanctus est gratiam quo Ungrorum inuasiones, quarum nondum obsoleta erat memoria, ponerentur ob oculos. Breui igitur per terras erat diuulgata et haec et quae post factae sunt recensiones. quarum altera *β* quando sit nata nescimus; quando tertia, ex

Geraldi atque Erchamboldi nominibus indagari posse speramus. Atque Geraldi sacerdotes eis saeculis fuerunt plurimi, pauci Erchamboldi praesules. Argentinensem episcopum ab a. 965 ad 991 sedentem intellexit IGrimmius p. 61 insignem litterarum studiis atque cum Sti Galli coenobio multifariam coniunctum. Verum enim uero ne simplicem episcopum intellegamus, ipsa Geraldi uerba prohibent qui *summum* adloquitur *pontificem* quod non nisi archiepiscopum potest significare: is cum intra fines solius Germaniae quaerendus sit saeculi XI initio uel etiam exeunte s. X, nemo offertur praeter Moguntinum archiepiscopum E. qui residebat ab a. 1011 Kl. April. ad 1021 d. 17. Aug.; homo is erat placidi ingenii quem et Willigisii praedecessoris gloria et Aribonis successoris acre ingenium*) ex hominum memoria paene sustulerunt.

Certissima sunt quae de tribus codicum generibus dixi, dubitatiouem uix leuem admittunt quae de recensionis *a* auctore disserui atque de Erchamboldo: tenendum hoc, cum iam quomodo haec inter se cohaereant inquiramus. P r i m u s enim qui Waltharium emisit, fuit Ekkehardus, emisisse autem se dicit M o g u n t i a e A r i b o n e e p i s c o p o i u b e n t e, qui successor erat Erchamboldi; p o s t Ekkehardum iterum editum Geraldus misit Erchamboldo qui ante Aribonem Moguntiae sedit. Haec sane cum minime inter se congruant, alicubi latet error; at cum cetera sint extra dubitationem posita, non nisi in ipsis uerbis latere potest quibus

---

*) *in humanis supra modum animosus, ut de quodam a ueteribus dicitur: manus eius contra omnes et manus omnium contra eum.* Vita Godehardi. (Pertz. SS. XI p. 185) Laudatur ibidem Erchamboldus.

Ekkehardus editionis tempus significauit. Non potuit Waltharius emitti ab eo Aribone regente, si sub Erchamboldo emisit Geraldus. Atque ego ne errasse quidem nostrum, sed parum accurate locutum dixerim: in eamque rem optime facit alius quidam Casuum locus, qui est in ipsa primi Ekkehardi uita, ubi narratur is scripsisse „*de sancta Afra antiphonias, ut reliquias eius mereretur, Luitoldo episcopo*“ at mortuus est Ekkehardus a. 973, Luitoldus anno demum 989 Augustanus episcopus factus est: igitur auctor quod suum in tempus conueniebat, in illud iam transtulit. Similiter noster p. 123, 33 iam a. 965 Ruodmannum Augiensium dicit abbatem, ad quam ille dignitatem septem demum annis post perductus est. Plane idem hoc loco factum: Aribo, qui postea factus est archiepiscopus, cum regius esset capellanus (Vita Meinwerki ap. Pertz. SS. XI 145) Ekkehardum hortatus erat, ut ederet Walthariam; iterum postquam sedem Moguntinam nanctus est, eidem mandauit ut „*uersus ad picturas domus domini Moguntinae*“ conponeret. Nostro autem non erat causa cur accuratius tempora discerneret adposita uoce *post*, quod ipse sane subintellexit.

At hoc ipsum uideo quibusdam dubitationem mouere, quod eodem paene tempore, et quod plus est eodem loco, utraque est nata recensio. at est factum, neque ullo modo negari potest, etiamsi quomodo potuerit fieri non intellegamus. At hercle mihi non tam absurda haec res uidetur: immo quod eadem in urbe erant Ekkehardus et Geraldus, uel eadem in regione, facilius intellego potuisse fieri, ut eodem paene tempore duae edi possent recensiones altera post alteram, quam si diuersis uixissent

in regionibus. Exemplo ficto liceat ostendere, quomodo haec non facta quidem sint, sed possint facta esse. Scimus quanta fuerit monasteriorum eis temporibus aemulatio: Moguntiae Fuldensium suspicari licet et Gallensium fuisse simultates; alteris nimirum fauit qui ipse Fulda profectus erat Erchamboldus, cuius fidelem alumnum se profitetur Geraldus sc. ex illo tempore quo E. *ecclesiae Fuldensis* erat *dispensator et prouisor;* alteris, quod docet Ekkehardi exemplum, fauit Aribo. Atque hic multo antequam ille decessit Moguntinam sedem aliquando se nancturum sibi promiserat: quae spes, quamquam post Willigisum atque Erchamboidum Fuldenses homini aliunde oriundo ea sedes deberi uidebatur, facile tamen Aribonem poterat fallere. fortasse iam uiuo Erchamboldo ex ipso illo timebat qui post eum praesul factus est: Bardonem dico Fuldensem Erchamboldi discipulum. imperatoris is atque imperatricis fauorem sibi parauerat modestiaque celabat animum alta petentem; ipse plus semel sibi praedixisse eum honorem fertur. Ne post decessum quidem Erchamboldi cum ascendisset Aribo controuersias istas quieuisse testatur acerbitas qua Bardonem tunc Hersfeldensium atque Werdensium abbatem excepit*). Inter has et dominorum et monachorum dissidia si Ekkehardus Waltharium edidit, quid mirum si ex Fuldensium numero erat qui cum iudicaret melius id et potuisse praestari et debuisse, tum ipse praestare conaretur quo suos superbis Sti Galli alumnis non esse inferiores ostenderet.

---

*) cf. monachus Fuldensis p. 533.

Siue ita siue aliter hoc factum est, utriusque et Ekkehardi et Geraldi silentium tantum abest ut nostrae coniecturae aduersetur, ut augeatur etiam suspicio infensi aliquid interfuisse inter istos uiros. Inprimis Geraldo iniunctum erat officium exponendi quam rationem esset secutus: at qui eo tempore erant Moguntiae quid ei fuisset consilii satis cognitum habebant, latius uulgare istas simultates non decebat propter ipsius Ekkehardi in aula archiepiscopali dignitatem. Hic autem post id tempus, cum enarraret fratribus monasterii sui casus, Ekkehardi primi recensens scripta, ut operam ab ipso inpensam Walthario reticere non debebat, ita noluit ista dissidia quae obliuione obruta erant in memoriam reuocare: inuito tamen ni fallor excidit uerbum quod qui norant facta intellegere poterant: ait enim: *pro posse et nosse correximus.* hoc uerbo ne modeste exiguam suam operam professum credam, insolenter dicta de auctoris teutonismis prohibent: debetur potius studio se defendendi leniter ab iniquis quos olim passus erat obtrectatoribus.

Incidit Erchamboldi mors in annum 1021; neque multo ante Geraldus Waltharium edidisse uidetur *de larga promptum cura:* haec non tam significant longum temporis spatium quam intentum studium; ad priores annos Erchamboldiani regni initium eius laboris reuocare non cogunt. Neque recte conicias senem tunc cum scriberet Geraldum fuisse ex u. 20: *Perlectus longaeui stringit in ampla diei*, quibus cum u. 19 haec praemittantur: *Ludendum magis est dominum quam sit rogitandum* atque u. 17 *Non canit alma dei*, de libri indole ea quoque

intellegenda, non de recensionis auctore; non sacrae, inquit, res ibi tractantur, sed iucundae; proferuntur ludicra, non orationes; inest u. 20 id quod Merilius coniectando uoluit assequi: *stringit in arta;* quod barbarice expressit auctor *stringere in aliquid* pro eo usurpans quod est *destringere ab aliquo, cogere in artum.*

Ekkehardi recensionem non multo ante Geraldianam factam res ipsa monet: aut statim post editum Waltharium aut numquam malignum suum consilium ille debebat exequi, ut et eius socium qui aduersarius erat magistri et scholam Sangallensem premeret. Illum quin iam his annis Moguntiae conmoratum coniciamus siue ad tempus aliquod siue certo munere functum minime obstat, quod a. 1022 domi praesens fuit, cum Notkerus Labeo defungeretur; multo minus constat, quando Aribo uenerit Moguntiam. Ex Wiboradae sanctificatae memoria (p. 107), nisi forte postea quaedam ab auctore addita sunt, qui de Walthario est locus p. 117 non ante a. 1047 scriptum esse uerisimile, non ante a. 1034 certissimum, qua de re uid. EDuemmler l. l. Quocumque tempore est scriptus, memoria iniuriae quam noster passus uel erat uel sibi uidebatur aliquantum obmutuerat.

Post certissima ne minus certorum cumulo adaucto taedia moueantur lectori, transeundum ad Ekkehardi primi opus ipsum, quod ne uideatur a puero conditum quamuis Casuum auctor affirmet, praeter ea quae de studiis uergilianis supra disputauimus etiam ipsa inpedit materia carminis prorsus aliena ab schola claustrali. talis enim est cui non nisi adulescens dimissus a schola atque

sui iuris se poterat accingere. Neque dubium esse potest ei qui de Ungrorum inuasionibus a. 924 factis Ekkehardi relationes legit (Cas. p. 104 sqq.) quarum ille ex ipso carmine passim colores uidetur sumpsisse, quin harum atrocitate adulescentis animus fuerit accensus ad Waltharium, cuius memorabilia facta unde eum conperisse ueri similius quam ex homine cuius in memoriam ipsis his inuasionibus quae olim puero fama attulerat reuocata erant (nam quod non famam solum sed ipsum carmen aliquod germanicum secutum esse poetam IGrimmius coniecit p. XXXVIII et p. 99 sqq., speciosius ego quam uerius excogitatum credo). Huic coniecturae meae nihil est in fastis ut ita dicam Ekkehardinis quod obloquatur. Nam E. designatus erat abbas post Cralohum: at crus cum fregisset, ipso auctore Burchardus eligitur a. 958; obiit E. a. 973 d. 14 Ianuarii: hominem tum fuisse septuaginta annorum existimo; nam ad a. 965 dicitur *decanus bene ualidus* p. 123, 37: non solemus ita loqui de quadragenario uel quinquagenario, cuius aetas per se solet esse ualida, sed de sene uiribus superante aequales: ut de Charonte ait Vergilius VI 304 *Iam senior sed cruda deo uiridisque iuuentus.* — Illam igitur dignitatem assecutus uidetur — nam parum fidei hoc loco est annorum numeris in Casibus — sub Craloho abbate c. a. 950: Bardo quidem Fuldensis adulescens 36 annorum hoc munere ornatus erat praeter morem. Ekkehardi aequalis at minor natu, quantum ex ordine quo ter recensentur p. 114 122 123 apparet, Geraldus quidam fuit qui *longo senio fessus* obisse narratur p. 137. *ab adulescentia usque ad senilem uitae finem semper scolarum magister* —

eum esse prologi scriptorem suspicatus est IGrimmius: sic, cum Erchamboldum Argentinensem intellegeret, omnia optime inter se conueniebant. Fuerat is Notkeri Balbuli discipulus, quem cum a. 912 mortuum constet, Ekkehardus quoque sine dubio huius uiri institutione usus est. Igitur cum Ungri regiones illas deuastarent, uigesimum E. aetatis annum transgressus erat: qua cum aetate quas Waltharius testatur ingenii uires atque studia iam conueniunt. Primum hoc opus suum ipse declarat in epilogo uoce usus, quae consueta erat atque solemnis Sancti Galli monachis, paululum quidem inflexa: *cicadae* enim se comparat (malles canoram auem) *quae nidis nondum petit alta relictis:* sic quartus Ekkehardus p. 115, 19: *Domicilium quod per sanctum Gallum nidus noster est,* iterumque p. 128, 34: *talis nidus bonas aues decet.*

Cum haec absoluta essent, praeter spem contigit, b ut *Parisini* quoque libri b, qui unus restabat denuo conferendus, nouam conlationem nanciscerer ad meum exemplar institutam beneuolentia u. d. W Foersteri professoris Vindobonensis qui hoc tempore degit Parisiis. Inde hoc loco exscripsi quae aut praetermissa erant aut parum recte enotata apud IGrimmium, ita quidem ut, quo firmaretur iudicium de ordine γ supra p. XXV prolatum, uel singulorum uel omnium illius librorum consensum indicarem. Praeterea quia librarius quae scripserat non raro statim ipse correxit, illud b^1 hoc b^2 nota significaui; b? posui, ubi librum ab eo recedere non indicatur quod ipse in contextum recepi. Leuiores res orthographicas plerumque omisi, qua de re uid. p. XLIIII.

Inscriptio prologi om. Tb 17 tironis Tb 20 longeui Bb
Walth. 16 Gundharius *rex dicitur plerumque* 17 peruerberat (*ss.* trans) 36 hildeund 52 cabillonis γ 58 similare Tb 62 pro religione b^1 63 firmant b^2 80 heriricus b? 97 exibuit 99 *extat* Hγ 107 haut (d *al. ss.*) 123 coniunx γ 124 dicto Tb 144 compleuerat] l' im *pr. ss.* 147 senia Tb 164 coniunx γ 169 uualtariũ 170 certassima b^1 186 miscedat b^1 221 Illinc

235 hoc γ 238 persuadens b[1] 242 loquutum 243 quisquam b[1] | false b[1] 249 mi γ 250 placidis b[1] | proponere b[1] 257 Vestrum uelle γ 274 ebdomedem 277 remeauerat 279 sumpto 283 mensum b[1] 301 bachus Tb 303 escàm γ 305 eros 306 Inquid 309 sculturae 316 Balbutit 317 titu bure b[1] 319 redire uideres Bb 342 ipsa Tb? 344 hamum γ 346 cuncto] o *ex* a *ni f.* b[2] 355 diffugiunt γ 361 facta b[1] | salutant b[1] 362 utrāque 364 Atuocat 367 tantum 376 uestri γ 378 dissesserat b[1] 384 uelud Tb 385 rex fluitat 387 Procidit 390 menbris Bb 391 artra b[1] 395 capud b[1] 397 urbe 401 Suspectan[t] | linquere 406 hinc inde γ 412 cruminis Bb 416 Incolomis 427 walth. uir b[1] 428 circum fulserat b[1] 437 exurgens γ 438 coquo Tb 441 gundario 444 *post* 445 b[1] 447 Et cum γ 449 littore Tb 453 gradiens & hastaque c. 468 *post* 469 Hγ 472 Nunc mihi γ 474 scupta 478 siciiq, 486 Inbelē 490 tum Bb | uasagum *ex* uaoagum 498 uidet 508 Ne exc. somno subito Bb 510 Instanter γ 523 pannonias γ 529 qua turbine Tb 530 cundh. Hb *non raro* 532 At procul Tb 534 monebat γ 541 prolusit γ 542 Comminus Bb 545 secentur γ 548 Cum | innocuus γ 555 adsunt Bb 564 Hec dum Bb 569 sat *ss.* b[2] 570 intercoepero 572 statione tali b[1] 582 quem] q 584 Anteriora | nouerit Tb 587 doc b[1] 591 camalo Tb | tunc γ 596 trepidamus *ss.* b[2] 615 discesseret b[1] 623 conluctarier 626 Vt b[1] 629 inmitaris 633 iracier 644 mettensis Bb | camalo Tb 648 Si uelis γ | ulterius *ss.* b[1] 652 *deest* γ 653 T. i. missus (*at pr. ss.* constans) 660 exibet 664 camalo Tb | percoepit 672 sic sic 676 caballi γ 677 sentit γ 686 camalonis 700 quidque 703 seu quod Bb | quo proelia 718 att. *et* orantis *pr. ss.* 720 cundtar. 722 Dicens *etc.* γ 725 uuirmh. 727 artis b? 729 prim' 735 dissiliit Tb 743 expecto γ 745 conixus Bb 751 nextenti b[1] 753 curuice b[1] 756 En a[s] | ekuirid b 769 in[ue]sago | fauno b[1] 770 eriurid 778 ekiurid Bb 781 Tunc a cundhario hadawardus pectore lusus *pr. del., secuntur 781 et 782 integri.* 787 Diss. Tb? 790 ac Tb 797 neque γ 802 Adsunt

Bb | hinc b¹ 818 Illa 824 Olli γ 827 *in margine* cõpr 829 lasesceret Bb 835 Intercoepit 845 auram γ 859 gluttires Bb 863 trepidat Bb 874 rapte 875 unde] mde 884 supprema 890 choris γ 895 discedere γ 901 tecmine 904 reflixis b¹ 905 orȩ (be *ss.* b³) 911 Hamatam γ 912 pataurid Bb? 914 gernuitus Tb | aiuit 919 fuerunt (l' re *ss.* b²) 920 obgecit b¹ 925 intanta 932 caballum γ 935 Wualtartarius (*sic*) 941 Tunc b? 946 uos ago 950 Actenus 962 cauallo 975 chalibem Bb 982 *deest initialis uoculae* Et *uel* At | helmnod Bb 992 coruscat b? 1000 aesculus γ 1002 inmota 1008 helmnod Bb 1011 supleuit 1015 qui 1018 Hinc Tb 1020 liquit mox γ 1024 Nequiquam Bb? 1031 lassus γ 1036 aedem γ 1046 labraret 1059 colle 1063 Aufigiens 1074 aduersum 1075 Deprecor γ 1083 infamauenerat 1084 damnum Tb 1085 at] ad 1086 quis γ 1088 dolor (*ss. pr.* pudor) 1094 honorem γ 1096 parcere 1100 despiciens b¹ *ni f.* 1109 succumbet b¹ 1119 abisse 1120 æt b¹ 1132 scottigenis γ 1134 et *om.* γ 1136 sub tuto γ? 1138 inmensis γ 1142 Aı..... erat *mediae litterae perierunt* 1155 artem b¹ 1160 Ccu nudum ret. ensem (*an* Ceu?) | hac uoce Tb 1162 permisso Bb 1163 quod me γ 1170 Vinciit γ (Vincuit b¹) 1171 cundhere Bb 1182 expergescendo 1184 arrepta γ 1185 cauallos 1189 taprobane Tb 1195 honorauit 1198 constricta b¹ 1203 saltim b? 1204 preuortiti | onustas Tb? 1212 Exang. γ 1216 suppremis | adsit Bb 1224 opperiens Bb 1231 lisciscȩ 1234 aequiperari Bb? 1255 quondam Tb 1271 abituque | ualebas γ 1279 Enauit *plene scriptum* 1286 Aduersus γ 1287 maligeram γ 1298 de ligni γ 1300 iras γ 1305 frustra γ 1309 comminus Bb 1315 actutum γ 1316 pronus γ 1317 illam γ 1324 retemptat 1329 hoste b¹ 1331 resurget b¹ 1338 adstat Bb 1339 Ecaput 1340 umbras b¹ 1341 rabidi Tb? | molosi Bb 1342 meteunt b¹ 1346 surrepere Tb 1348 uiam] ueniam b¹ 1349 fallæ̣nt 1359 praecinctus γ 1364 poplite Bb | deceprserat 1365 parmi̥s 1365 concidet b¹ 1370 Elatum γ 1376 creuit Tb 1379 praestare 1385 trophejsin

1386 leuis Bb 1396 nego (tio *om.*) 1401 quemque γ 1411 reseruat b[1] 1419 ille (est *om.*) Tb 1432 sinistram b? 1434 vualthere Tb 1437 iubebis Tb 1442 Haec γ | conferet γ 1450 terdenis, *non* ter denit 1452 coeperit 1453 legis Bb *post* 1456: EXPLICIT LIB̃. TIFRIDI EP̃I CRASSI DE CIVITATE NVLLA: *ipsius librarii est manus.*

FrChIFischer ed. Lips. 1780 4° (ex C) Continuatio (ex A) Lips. 1792 4° Sitten und Gebräuche der Europäer im V. und VI. Jahrh. 1784 p. 213—216.

Moshemii et *Biesteri* quaedam Fischerus laudat, item *Noesselti* qui ad u. 145 s. 1032 pauca contulerat in Hallische Anzeigen 1780 St. 61 p. 484.

FMolter in Meuselii hist. literatur 1782 p. 366—374 particulam posteriorem ex A, totum carmen ex A descriptum cum correcturis partim ex C secundum Fischerianum exemplar desumptis partim coniectura factis dedit in Beiträge zur Geschichte und Literatur Frankf. 1798 p. 212—268. — Prinz Walther von Aquitanien. Carlsruhe 1782.

Archiuii francofurtensis (Archiv der Gesellschaft f. ältere deutsche Geschichtskunde, hgg. von Büchler und Dümge, später von Pertz) t. I p. 37. 65. 133. 194. 243. 342. 355. 367 s. 374. 499. 533. II 39. 132. 151. 282. 346. 371. 378. 412. III 199. 373. 667. VI 314. Lassbergi Grimmii Aretini Duemgii Mannerti aliorum de hoc carmine iudicia aliaque memorabilia continentur.

CBHasii de carminis historica auctoritate praefatio adiecta conlationi codicis Parisini adhuc delitescit in archiuio societatis aperiendis fontibus rerum germanicarum medii aeui conditae.

Klemm in „Attila nach der Gesch. Sage und Legende Leipz. 1827“ germanice uertit.

GSchwab Walther und Hiltgunde. ep. Dichtung nach dem Latein des Eckehard. Stuttg. 1828 1829.

ICOrellius u. 1154 emendauit in Epistola critica ad Maduigium (praefixa editioni Oratoris Bruti Topicorum Ciceronianorum Turicensi a. 1830) p. XIV.

FIMone Quellen und Forschungen Aachen 1830 p. 182—184 prologum Geraldi ex libro B descripsit. „Ueber Walther von Aquitanien“ in Archiu. francof. II p. 92—116. „Varianten der Stuttgarder hds.“ Anzeiger V 415 (1836).

HILeyser relliquias Lipsienses ed. in Bericht an die Mitglieder der deutschen Gesellschaft in Leipzig 1837 p. 41—46.

Reiffenbergius gallice uertit atque excerpta ex B dedit: Bulletin de l'Acad. royale de Bruxelles V n. 9 p. 597 s. Revue de Brux. 1838 Déc. p. 1—33 1839 Mars p. 28—49 Août p. 35—64. Annuaire de la Bibl. roy. de Bruxelles II 1841 p. 45—69 III 1842 p. 39—174 V 1844 p. 35—152.

IGrimm ed. Göttingen 1838 in Lateinische Gedichte des X. und XI. Jh. hgg. von Jac. Grimm und Andr. Schmeller. cf. ipsum in Götting. Gel. Anz. 1838 st. 137 p. 1361—64, Nachtrag st. 141 p. 1408 (Kleine Schriften V 286—288) Berichtigungen in Hauptii et Hoffmanni Altdeutsche Blätter II 324. Ospirn die Herben und Hagano: Altdeutsche Wälder II 42—45.

Edélèstand du Méril Waltharium recensuit in Poésies populaires latines antérieures au 12ème siècle Paris 1843.

Gian Francesco Gallani Napione Opera de' Piemontesi illustri Torino 1784 t. IV p. 165 epitomen carminis dedit, quod ex Italia in Bauariam translatum suspicatur c. a. 1071.

GPFFalckenheimer De Walthario Aquitano diss. Marburg 1846.

LGProvana Waltharius .. ex rec. cod. r. b. Bruxellensis. Augustae Taurinorum 1848 (Ex monumentis Historiae Patriae Scriptorum T. III). repetendum curauit IFNeigebaur Monachii 1853.

AGeyder Anmerkungen zum W. in Hauptii Z. f. d. A. VIIII 1853 p. 145—166 interpretationem germ. idem edidit Breslau 1854?

San-Marte Wather von Aquitanien .. übersetzt und erläutert Magdeburg 1853.

IVScheffel Ekkehard 1856 c. 24 „das Waltarilied“.

FLinnig Walther von Aquitanien. Heldengedicht in zwölf Gesängen mit Erläuterungen und Beiträgen zur Heldensage und Mythologie Paderborn 1869.

ICFBaehr Gesch. d. röm. Lit. im karoling. Zeitalter Carlsruhe 1840 p. 133—138.

AKobersteins Grundriſs d. Gesch. d. deutschen Nationallitteratur. Fünfte Aufl. 1872 I § 34 p. 49.

WWackernagel G. d. deutschen Litt. 1848 § 35 p. 71.

GGervinus G. d. poet. N. L. d. D. I p. 82—85.

KGödecke Grundriſs z. G. d. d. Dichtung I § 11 Mittelalter 270 ff.

Fauriel Hist. de la poésie provençale I 269.

WGrimm deutsche Heldensage 1829 p. 29 302 367 s.

Addenda et corrigenda:

u. 47 *leg.* totos 124 dicta: 147 conspicitis.
257 *leg.* Vestrum 332 uirgineae
481 *s. dist.* ferro, Fortia squamosus *etc. Post* fortia *dist. IGrimm cum Fischero.*
588 *FMeister coniecit:* Cuias sis? aut unde uenis? quo pergere tendis?
ad 623 ēluctarier D 880 *leg.* affatus.
941 coeperunt 1010 Tanastum,
1024 *leg.* Nequiquam temptare fugam
ad 1024 Ne quicquam *non in* A *sed* C *legitur.*
ad 1223 subsidere A *ceteri* subsistere.
ad 1070 tumidus I 1158 *leg.* gemitu
1242 *s. dist.* complexibus, ultro Nullis *etq.s. Post* ultro *IGrimm dist.*
1244 *sqq. dist.* fallor, Quod, si — ualeres, Ipse — ires *etc. Nam uerba* quod *etq.s. pendent a uerbo* Sperabam.
1307 hastam: 1310 tam *retinendum ex αγ.*
1322 *dist.* Nec tulit, obstantem sed m. H. r. *Post* obstantem *Fischer comma posuerat, IGrimm prorsus neglexit distinctionem.*
1435 sicamber *pro appellatiuo, igitur parua s scribendus.*

In glossario *addi poterant haec:* aequiperari *pro* aequiperare *intr. usurpatum* 88 134 defugere *c. abl.* 355 domatus 83 litoris orae 8 (*cf.* semita callis) nubere *commune uiro et mulieri* 82 transire per flumen (*cf.* pertransire) 18.

EKKEHARDI

WALTHARIUS

SIGLA LIBRORUM

α	A	Caroliruhanus
	C	Stuttgardianus
β	D	Vindobonensis
	L	Lipsiensia folia
	H	Noualiciensia excerpta
γ	B	Bruxellensis
	b	Parisinus
	T	Treuerensis
	I	Engelbergensia folia
	ω	consensum librorum indicat

POESIS GERALDI DE GUALTARIO

Omnipotens genitor, summae uirtutis amator,
Iure pari natusque amborum spiritus almus,
Personis trinus, uera deitate sed unus,
Qui uita uiuens cuncta et sine fine tenebis,
Pontificem summum tu salua nunc et in aeuum
Claro Erchamboldum fulgentem nomine dignum,
Crescat ut interius sancto spiramine plenus,
Multis infictum quo sit medicamen in aeuum.
Praesul sancte dei nunc accipe munera serui,
Quae tibi decreuit de larga promere cura
Peccator fragilis Geraldus nomine uilis,
Qui tibi nam certus corde estque fidelis alumnus.
Quod precibus dominum iugiter precor omnitonantem,
Ut nanciscaris factis, quae promo loquelis,

Prologus *extat in* γ   Incipit poesis geraldi de gualtario ·:· *minio* B *om.* T   6 erchamboldum B erckambaldum b erkēbaldū T   8 multis ut infictum b ut *om.* BT | infectum *uel* infidum *coni.* *Reiffenbergius*   10 Quae Bb Qui T | de larga decreuit *Merilius*   12 certus fidus corde b fidus *om.* BT | est que B

Det pater ex summis caelum terramque gubernans.
Serue dei summi, ne despice uerba libelli,
Non canit alma dei, resonat sed mira tyronis,
Nomine Waltharii, per proelia multa resecti.
Ludendum magis est, dominum quam sit rogitandum:
Perlectus longaeui stringit in ampla diei.
Sis felix sanctus per tempora plura sacerdos,
Sit tibi mente tua Geraldus carus adelphus.

---

15 Hoc det et summis T Det pater altitonans *coni. Merilius* 17 tironis T tyranni *coni. Merilius* 18 uualtharii B waltharius Tb | resecti B resectus Tb 19 Ludendum Bb Lugendum T 20 Perlectus *γ at* flectus b *apud Grimm.* | longeui Bb? longe vi T | Flexus longaeui dum stringit *IGrimm.* Perlectus longi uim st. in arcta diei *Merilius* 21 plura Bb longa T 22 carus Bb charus T | adelphus BT adelfus b | Versus quidam *minio* b (*iam sequitur ipsum carmen*). Hystoria Waltarii *minio* A Liber Waltarij *minio* T *inscriptio om.* CDB

Tertia pars orbis fratres Europa uocatur
Moribus ac linguis uarias et nomine gentes
Distinguens cultu, tum relligione sequestrans.
Inter quas gens Pannoniae residere probatur
Quam tamen et Hunos plerumque uocare solemus.
Hic populus fortis uirtute uigebat et armis
Non circum positas solum domitans regiones,
Litoris oceani sed pertransiuerat oras
Foedera supplicibus donans sternensque rebelles:
Ultra millenos fertur dominarier annos.
  Attila rex quodam tulit illud tempore regnum
Impiger antiquos sibimet renouare triumphos.
Qui sua castra mouens mandauit uisere Francos,
Quorum rex Gibicho solio pollebat in alto
Prole recens orta gaudens quam postea narro:
Namque marem genuit quem Guntharium uocitauit.
  Fama uolans pauidi regis transuerberat aures
Dicens hostilem cuneum transire per Histrum,
Uincentem numero stellas atque amnis arenas.

---

2 et] ac T   3 religione DT   7 circumpositas *uno uerbo* CDB   8 occeani T   11 Etcilo *ubique* I   14 gibico B | pollet C   15 recente D   16 cuntharium A   17 pauidi] passim B | tranuerberat (*at* s *pr. ss.*) C   18 ystrum CD hystrum Bb   19 *uersus deest* D | harenas CB

Qui non confidens armis uel robore plebis
Concilium cogit, quae sint facienda requirit.
Consensere omnes: foedus debere precari
Et dextras, si forte darent, coniungere dextris
Obsidibusque datis censum persoluere iussum.
Hoc melius fore quam uitam simul ac regionem
Perdiderint natosque suos pariterque maritas.
  Nobilis hoc Hagano fuerat sub tempore tiro
Indolis egregiae ueniens de germine Troiae.
Hunc, quia Guntharius nondum peruenit ad aeuum,
Ut sine matre queat uitam retinere tenellam,
Cum gaza ingenti decernunt mittere regi.
Nec mora, legati censum iuuenemque ferentes
Deueniunt pacemque rogant ac foedera firmant.
  Tempore quo ualidis steterat Burgundia sceptris
Cuius primatum Heriricus forte gerebat.
Filia huic tantum fuit unica nomine Hiltgunt
Nobilitate quidem pollens ac scemate formae.
Debuit haec heres aula residere paterna
Atque diu congesta frui, si forte liceret.
  Iamque Auares firma cum Francis pace peracta

---

20 uel *ω* et *IGrimm.* 20—23 *in margine pr.* C 21 sint] s̄ D 23 Ut dextras T Et si forte darent dextras I 24 iustum B 27 hoc] ac D^1 29 cuntharius A 30 nouellam I 34—39 *post u. 51 secuntur* I 35 herericus D heriricus Tb her/ricus (i *erasa*) A herricus C henricus BI 36 hilcund B hildcund b hildgunt T | *uersus in D sic legitur:* Vnica nata fuit huic tantum nomine hiltgunt 37 stemate A scemate T stemmate *ceteri* | famę *an* formę *sit non facile dixeris* C 40 Namque *γ*

Suspendunt a fine quidem regionis eorum.
Attila sed celeres mox huc deflectit habenas
Nec tardant reliqui satrapae uestigia adire.
Ibant aequati numero, sed et agmine longo,
Quadrupedum cursu tellus concussa gemebat,
Scutorum sonitu pauidus superintonat aether.
Ferrea silua micat totas rutilando per agros:
Haud aliter, primo quam pulsans aequora mane
Pulcher in extremis renitet sol partibus orbis.
Iamque Ararim Rodanumque amnes transiuerat altos
Atque ad praedandum cuneus dispergitur omnis.
  Forte Cauilloni sedit Heriricus, et ecce
Attollens oculos speculator uociferatur:
'Quaenam condenso consurgit puluere nubes?
Uis inimica uenit, portas iam claudite cunctas.'
Iam tum quid Franci fecissent ipse sciebat
Princeps et cunctos compellat sic seniores:
'Si gens tam fortis cui nos similare nequimus,
Cessit Pannoniae, qua nos uirtute putatis
Huic conferre manum et patriam defendere dulcem?

---

41 Suspendunt] Discedunt *al. m. obscuriore atramento* D^3 42 mox illuc flectit C 44 equali T | numero *marg. pr.* A 45 tremebat D 46 ^{e}ther (e *pr. ss.* A) 48 Haut D 50 rhodanum CT 52 cauillonis *a*D cabillonis BT Cabilloni *Merilius: recte, nam ubique* Cabillonum *nusquam* Cabillona *appellatur.* | herericus D heriricus Tb her/ricus A herricus C henricus B | ''$\overset{b}{s}$edit ''$\overset{a}{h}$erericus *sic correctum* D^3 herricus sedit C 53 Adtollens B 54 consurgunt b 56 tunc DT | quid] qd^s (*.i. quod*) T | fecissēt et ipse T 58 simulare CD^{1}B similare AD^{3}T *cf. 803*

Est satius, pactum faciant censumque capessant.
Unica nata mihi est, quam tradere pro regione
Non dubito: tantum pergant qui foedera firment.'
  Ibant legati totis gladiis spoliati,
Hostibus insinuant quod regis iussio mandat:
Ut cessent uastare, rogant. quos Attila ductor
Ut solitus fuerat, blande suscepit et inquit:
'Foedera plus cupio quam proelia mittere uulgo.
Pace quidem Huni malunt regnare, sed armis
Inuiti feriunt quos cernunt esse rebelles.
Rex ad nos ueniens pacem*que* det atque resumat.'
  Exiuit princeps asportans innumeratos
Thesauros pactumque ferit natamque relinquit.
Pergit in exilium pulcherrima gemma parentum.
  Postquam compleuit pactum statuitque tributum,
Attila in occiduas promouerat agmina partes.
Namque Aquitanorum tunc Alphere regna tenebat
Quem sobolem sexus narrant habuisse uirilis
Nomine Waltharium primaeuo flore nitentem.
Nam iusiurandum Heriricus et Alphere reges
Inter se dederant, pueros quod consociarent,

---

61 pacem T 62 mihi est *α* est *om. βγ*I 63 fidera *pr. corr.* C | firmant b 65 quid B 66 cessant b 68 quam] $\bar{q}$. D^1 $\overset{u}{q}$· D^3 71 pacem det atque *α* pacem detq; atq; D dextram det atque TbI det dextras atque B pacemque *scripsi* 72 apportans *Molter* 73 relinquid A reliquit CDBI 75 Post$\bar{q}$ D^1 Post$\overset{u}{q}$ D^3 76 partas as *in* æs *pr. corr.* B 77 Namque in aquitanorum B tum B 78 sexus sobolem I 79 Nomine (N *litterae* H *similis*) D^1 *unde* Hominē D^3 80 heriricus *α* hererícus DT henricus B 81 quod] quo *Molter* ut I | consotiarent DB

Cum primum tempus nubendi uenerit illis.
Hic ubi cognouit gentes has esse domatas,
Coeperat ingenti cordis trepidare pauore.
Nec iam spes fuerat saeuis defendier armis.
'Quid cessemus' ait, 'si bella mouere nequimus?
Exemplum nobis Burgundia, Francia donant.
Non incusamur, si talibus aequiperamur.
Legatos mitto foedusque ferire iubebo
Obsidis inque uicem dilectum porrigo natum
Et iamnunc Hunis censum persoluo futurum.'
Sed quid plus remorer? dictum compleuerat actis.
Tunc Auares gazis onerati denique multis
Obsidibus sumptis Haganone Hiltgunde puella
Nec non Walthario redierunt pectore laeto.
   Attila Pannonias ingressus et urbe receptus
Exulibus pueris magnam exhibuit pietatem
Ac ueluti proprios nutrire iubebat heredes.
[Uirginis et curam reginam mandat habere.]

---

83 Hic postq domitas gentes has cōperit ēē D   84 pauore] tumultu B   86 censemus D   cessamus B   87 Exemplum nobis CDγ Exempla ī nobis (ī *postea intrusum, fortasse pr. m.*) A Exempla en nobis *IGrimm* | bugundia T | praebent B   88 tali*b*us b *ex* a *pr.* A | aequiperamur CDB   89 fedus (*om.* que) A | ferire] referre D   91 Etiam nunc A   Et nunc iam T   Denique nunc I | huius (i *apice distinctum*) T   92 demoror I   94 hiltgunda D hilgunde HB hildguntque T   97 exibuit C   98 Hac H | proprios] pueros D | heredes] alumnos BbI alumpnos H *uersum deleuit atque refinxit* D[3] *imo in margine sic:* Ac uelut heredes pueros nutrire iubebat. 99 *uersus deest* αDI *extat in* HBT *adscriptus est in* A *recentissima s. XVIII manu imo in margine, unde Molter eum recepit.* | reginae A

Ast adolescentes propriis conspectibus ambos
Semper adesse iubet, sed et artibus imbuit illos
Praesertimque iocis belli sub tempore habendis.
Qui simul ingenio crescentes mentis et aeuo
Robore uincebant fortes animoque sophistas,
Donec iam cunctos superarent fortiter Hunos.
Militiae primos tunc Attila fecerat illos,
Sed haud inmerito, quoniam, si quando moueret
Bella, per insignes isti micuere triumphos.
Idcircoque nimis princeps dilexerat illos.
Uirgo etiam captiua deo praestante supremo
Reginae uultum placauit et auxit amorem
Moribus eximiis operumque industria habundans.
Postremum custos thesauris prouida cunctis
Efficitur modicumque deest, quin regnet et ipsa,
Nam quicquid uoluit, de rebus fecit et actis.
   Interea Gibicho defungitur ipseque regno
Guntharius successit et ilico Pannoniarum
Foedera dissoluit censumque subire negauit.
Hoc ubi iam primum Hagano cognouerat exul,

---

101 inesse H   102 iocis *priore* i *longiore* D locis T | habendi[s] (s *expallido*) D habentis H   105 superarã B   107 Sed *non in*merito (*litterae* non in *renouatae, incertum num* non *fuerit a pr. m.*) D[s] non inmerito H | inmerito CDHB | mouerent D   109 Iccircoque D *ut infra u. 130* | illos AH ambos *ceteri*   111 placuit AC[1]   112 habundans *ω*   113 Postremo D | thezauris T   116 Gybichus H gibico B   117 Cuntharius C Cundharius H | Gunth. regno successit I | illico BT | pannoniorum DB   118 disolū A   119 primo D | cognouit hagano exul T | Haganus H

Nocte fugam molitur et ad dominum properauit.
Waltharius tamen ad pugnas praecesserat Hunos
Et quocumque iret, mox prospera sunt comitata.
  Ospirin elapsum Haganonem regia coniux
Attendens domino suggessit talia dicta
'Prouideat caueatque precor sollertia regis,
Ne uestri imperii labatur forte columna,
Hoc est, Waltharius uester discedat amicus
In quo magna potestatis uis extitit huius:
Nam uereor, ne fors fugiens Haganonem imitetur.
Idcircoque meam perpendite nunc rationem:
Cum primum ueniat, haec illi dicite uerba:
"Seruitio in nostro magnos plerumque labores
Passus eras ideoque scias, quod gratia nostra
Prae cunctis temet nimium dilexit amicis.
Quod uolo plus factis te quam cognoscere dictis:
Elige de satrapis nuptam tibi Pannoniarum
Et non pauperiem propriam perpendere cures.
Amplificabo quidem *donis* te rure domique

---

120 ad dominum proprium iuit *legisse uidetur* H properatur B *uu.* 123—363 *exciderunt* C *ex exemplari Fischeriano eius lectiones repetiui.* 123 Ospirn D Ospir/n (i *eraso*) A ospiru (?) C | coniunx CBT 124 Adtendens DB | dicto T fando B 125 solertia C 128 hunis A hui' D huius Cγ *sic* huius *extremo in uersu positum infra 1365* 129 qd' fors D^2 *at fuisse uidetur* ne D^1 130 Iccircoque DB que *om.* A^1 134 amicos (*at* i *ss. pr.*) B 135 Nunc uolo I | plus factis plus quam B 136 pannoniorum D 138 amplificabo quidem te r. d. AH *manco uersu: uaria ratione sanare studuerunt celeri libri: inter* quidem *et* te *interpositum* pariter C gazis D ualde γI, *ipse* donis *posui*

Nec quisquam, qui dat sponsam, post facta pudebit.'"
Quod si completis, illum stabilire potestis.'
Complacuit sermo regi coepitque parari.
Waltharius uenit: cui princeps talia pandit
Uxorem suadens sibi ducere, sed tamen ipse
Iam tum praemeditans quod post compleuerat actis,
Inuestiganti his suggestibus obuius infit:
'Uestra quidem pietas est, quod modici famulatus
Causam conspicitis. sed quod mea sergia, mentis
Intuitu, fertis, numquam meruisse ualerem.
Sed precor, ut serui capiatis uerba fidelis:
Si nuptam accipiam domini praecepta secundum,
Uinciar in primis curis et amore puellae
Atque a seruitio regis plerumque retardor.
Aedificare domos cultumque intendere ruris
Cogor et hoc oculis senioris adesse moratur
Et solitam regno Hunorum impendere curam.
Namque uoluptatem quisquis gustauerit, exin
Intolerabilius consueuit ferre labores.

---

139 Nec sponsam tibi qui dat "post facta pudebit." eum (sponsam — dat *in ras., quae sequuntur, renouata;* eum *recens additum: sola uox* Nec *integra mansit.*) D^3 | quemquam *Molter* 141 parare C parere D 143 ipse] idem B 144 impleuerat BT 145 Hiis instiganti T *atque* instiganti *etiam* I His instigandis B His instigandi b 146 quidem *marg. pr.* D | est quod] quod adest *Biester* 147 sergia α seria β segnia B sénia T senia *uel* seruia b mei sergiamenti *Fischer* mea sergiamenta *Biester* 151 Uincior C 153 Edifficare A^1L | curis b 154 oculi' (' *pro* s *ss.*) D occulis A | moratus B 155 inp. β 157 Intollerabilius L | dolores I

Nil tam dulce mihi, quam semper inesse fideli
Obsequio domini: quare precor absque iugali
Me uinclo permitte meam iam ducere uitam.
Si sero aut medio noctis mihi tempore mandas,
Ad quaecumque iubes securus et ibo paratus.
In bellis nullae persuadent cedere curae
Nec nati aut coniux retrahentque fugamque mouebunt.
Testor per propriam temet pater optime uitam
Atque per inuictam nunc gentem Pannoniarum,
Ut non ulterius me cogas sumere taedas.'
His precibus uictus suasus rex deserit omnes
Sperans Waltharium fugiendo recedere numquam.
  Uenerat interea satrapae certissima fama
Quandam quae nuper superata resistere gentem
Ac bellum Hunis confestim inferre paratam.
  Tunc ad Waltharium conuertitur actio rerum:
Qui mox militiam percensuit ordine totam
Et bellatorum confortat corda suorum
Hortans praeteritos semper memorare triumphos
Promittensque istos solita uirtute tyrannos

---

158 tā *ex* ta *al.* T | fidelis HB 161 aut] an *β* | mediae CT? medio *ceteri* 162 securus et ibo securus (paratus *pr. ss.*) A 163 Imbellis B 164 coniunx CBTL | retrahunt *β* que *om.* LT | fugamue B que *om.* L | mouebunt *uox sola sequentem uersum obtinet* A | *an* monebunt? precantur *β* 165 per *ss. pr.* B | patriam A | propriam temet propriam (pater *om.*) L 166 pannoniorum *β* 167 cogas me *β* 168 Hiis T 169 uualtarius b Gualth. C? 171 Que quandam dixit superatam sistere gentem T 172 Ac "bellum "hunis *transponendi signa posuit* D^3 Ac hunis bellum T 174 Cui B 175 Ut b. confortet L 176 memore A

Sternere et externis terrorem imponere terris.
Nec mora, consurgit sequiturque exercitus omnis.
Ecce locum pugnae conspexerat et numeratam
Per latos aciem campos digessit et agros.
Iamque infra iactum teli congressus uterque
Constiterat cuneus: tunc undique clamor ad auras
Tollitur, horrendam confundunt classica uocem
Continuoque hastae uolitant hinc indeque densae.
Fraxinus et cornus ludum miscebat in unum
Fulminis inque modum cuspis uibrata micabat.
Ac ueluti boreae sub tempore nix glomerata
Spargitur, haud aliter saeuas iecere sagittas.
Postremum cunctis utroque ex agmine pilis
Absumptis manus ad mucronem uertitur omnis:
Fulmineos promunt enses clipeosque reuoluunt,
Concurrunt acies demum pugnamque restaurant.
Pectoribus partim rumpuntur pectora equorum
Sternitur et quaedam pars duro umbone uirorum.
Waltharius tamen in medio furit agmine bello
Obuia quaeque metens armis ac limite pergens.

---

178 inponere D impendere C 179 consurgens *β* | seqtq; D 180 numerose L 183 ubique H 184 horrenda confundit classica uoce H 185 huc undique *β* hinc undique B 186 ludunt A miscibat (e *al. ss.*) A miscentur D (*non* L) | in nū A 188 sub] s; L *qui eodem conpendio utitur 360 366* 189 haut *β* | iacere AL^1 ///icere L^2 190 Post tremum A Postremo *β*B | examine L 191 Assumptis *at* p *ss. pr.* T 192 hęnses H | clippeosque L 193 retentant *Merilius* 195 & pars q̊dā D^1 *transponendi signa posuit* D^2 | vmbone equorum (*ss. al.* uirorum) T 196 Waltharvs A | tamen] tunc L | fuit T | belli CL^2 bello *ceteri* 197 hac H

Hunc ubi conspiciunt hostes tantas dare strages,
Ac si praesentem metuebant cernere mortem:
Et quemcunque locum seu dextra siue sinistra
Waltharius peteret, cuncti mox terga dederunt
Et uersis scutis laxisque feruntur habenis.
Tunc imitata ducem gens maxima Pannoniarum
[Saeuior insurgit caedemque audacior auget,]
Deicit obstantes, fugientes proterit, usque
Dum caperet plenum belli sub sorte triumphum.
Tum super occisos ruit et spoliauerat omnes
Et tandem ductor recauo uocat agmina cornu.
Ac primus frontem festa cum fronde reuinxit
Uictrici lauro cingens sua timpora uulgo,
Post hunc signiferi sequitur quos cetera pubes.
Iamque triumphali redierunt stemmate compti
Et patriam ingressi propria se quisque locauit
Sede. sed ad solium mox Waltharius properauit.
Ecce palatini decurrunt arce ministri
Illius aspectu hilares equitemque tenebant,
Donec uir sella descenderet inclitus alta.
Si bene res uergant, tum demum forte requirunt.
Ille aliquid modicum narrans intrauerat aulam,

---

200 quecumque A | detra (x *pr. ss.*) A | seu dextram siue sinistram Hγ 202 feriuntur (*al.* i *deleuit*) A 203 Hunc β | pannoniorum β 204 *deest uersus* αβI extat in γ | audet B 206 Donec perciperet belli s. s. t. β | sorte C forte L 208 recauo ductor β 210 timpora AD tempora *ceteri atque etiam* L | V. lauro c. s. t. lauro L 212 scemate T 214 vualtharius mox T 215 Ecce paulatim B 216 equitem (*om.* que) A equitesque C 219 Qui tantum modicum I | narrans modicum (*al* b *et* a *ss. pr.*) B

Lassus enim fuerat regisque cubile petebat.
Illic Hiltgundem solam offendit residentem.
Cui post amplexus atque oscula dulcia dixit:
'Ocius huc potum ferto, quia fessus anhelo.'
Illa mero tallum compleuit mox pretiosum
Porrexitque uiro, qui signans accipiebat
Uirgineamque manum propria constrinxit. at illa
Astitit et uultum reticens intendit herilem
Walthariusque bibens uacuum uas porrigit olli,
Ambo etenim norant de se sponsalia facta.
Prouocat et tali caram sermone puellam:
'Exilium pariter patimur iam tempore tanto
Non ignorantes, quid nostri forte parentes
Inter se nostra de re fecere futura.
Quamne diu tacito premimus haec ipsa palato?'
Uirgo per hyroniam meditans haec dicere sponsum
Paulum conticuit, sed postea talia reddit:
'Quid lingua simulas quod ab imo pectore damnas
Oreque persuades toto quod corde refutas?
Sit ueluti talem pudor ingens ducere nuptam.'

---

221 hiltgundam D hilgundem HB 222 Qui DB 223 quia] quam C 225 accijebat (p *om.*) T 227 reticens vultum (b *et* a *ss. pr.*) T | conspexit herilem D 228 Gualth. C? | uas reddidit HB | illi DHT 230 caram tali D | charam T 231 patimur pariter DTI | tempore longo DI 232 quod H qđ B 233 fecere] *an* pepigere? 234 Quam ne *αγ* Qđ ne D Quam diu nos I Quare *Fischer* | tocito A | premimur B 235 yroniam D | hoc BT tunc I 236 Paululum T | talia dixit D 237 Quod *in* Quit *pr. corr.* A | quid ab A | dampnas DHB 238 quod toto corde D

Uir sapiens contra respondit et intulit ista:
'Absit quod memoras! dextrorsum porrige sensum.
Noris me nihilum simulata mente locutum
Nec quicquam nebulae uel falsi interfore crede.
Nullus adest nobis exceptis namque duobus.
Si nossem temet mihi promptam impendere mentem
Atque fidem uotis seruare per omnia cautis,
Pandere cuncta tibi cordis mysteria uellem.'
Tandem uirgo uiri genibus curuata profatur:
'Ad quaecumque uocas, mi domne, sequar studiose
Nec quicquam placitis malim praeponere jussis.'
Ille dehinc: 'piget exilii me denique nostri
Et patriae fines reminiscor saepe relictos:
Idcircoque fugam cupio celerare latentem.
Quod iam prae multis potuissem forte diebus,
Si non Hiltgundem solam remanere dolerem.'
Addidit has imo uirguncula corde loquelas:
['Uerum uelle meum, solis his aestuo rebus,]
Praecipiat dominus, seu prospera siue sinistra,
Eius amore pati toto sum pectore praesto.'
Waltharius tandem sic uirginis inquit in aurem:
'Publica custodem rebus te nempe potestas

241 dext̊sū porrigere A 242 nichilum D 243 nubili D nůbule *pr. corr.* A N.q. fraudis uel falsi I 245 Sic B | inpendere T 249 mi ADBT me C | dn̄e A 253 Iccircoque D | meditor I | celare A accelerare T 254 premultis B 255 hiltgundam D hilgundem B 256 his B | īmo A 257 *deest* αDI *extat* γ | Vestrum uelle BT 258 seu dextera B 260 inquid A¹ 261 te namque I *ni fallor (IGrimm libri notam non adposuit)*

Fecerat, idcirco memor haec mea uerba notato:
Inprimis galeam regis tunicamque, trilicem
Assero loricam fabrorum insigne ferentem,
Diripe, bina dehinc mediocria scrinia tolle.
His armillarum tantum da pannonicarum,
Donec uix unum releues ad pectoris imum.
Inde quater binum mihi fac de more coturnum
Tantundemque tibi patrans inponito: uasis
Sic fors ad summum complentur scrinia labrum.
Insuper a fabris hamos clam posce retortos.
Nostra uiatica sint pisces simul atque uolucres,
Ipse ego piscator, sed et auceps esse coartor.
Haec intra ebdomadem caute per singula comple.
Audisti, quid habere uianti forte necesse est.
Nunc quo more fugam ualeamus inire recludo:
Postquam septenos Phoebus remeauerit orbes,
Regi ac reginae satrapis ducibus famulisque
Sumptu permagno conuiuia laeta parabo
Atque omni ingenio potu sepelire studebo,

---

262 iccirco D 263 In primis T | tunnicamque A^1 264 Affero A Affer H *ut uoluit Biester* Assere *Merilius: ego uerba* trilicem *ad* ferentem *lineolis inclusi; „mihi uindico tunicam" intellegunt IGrimm et ELinnig* | fabrorum *in ras.* A 266 pannoniarum T 267 pectoris unum α p. honum H p. imum Dγ 269 parans T patrato D | inponito A 273 co^{r}ator C cohartor H 274 epdomadem C ebdomadam DB hebdomodam T 275 quod DHB 276 Nunc] Nec C? Hinc I 277 febus D 278^b et 279^a (ducibus f. S. permagno) *desunt* D *uerba haec:* sumptu permagno *desunt* H *in quo simul u. 279 ante u. 278 legitur.* 279 sumtu C | magnifico I

Donec nullus erit qui sentiat hoc quod agendum est.
Tu tamen interea mediocriter utere uino,
Atque sitim uix ad mensam restinguere cura.
Cum reliqui surgant, ad opuscula nota recurre.
Ast ubi iam cunctos superat uiolentia potus,
Tum simul occiduas properemus quaerere partes.'
Uirgo memor praecepta uiri compleuit. et ecce
Praefinita dies epularum uenit et ipse
Waltharius magnis instruxit sumptibus escas.
Luxuria in media residebat denique mensa
Ingrediturque aulam uelis rex undique septam.
Heros magnanimus solito quem corde salutans
Duxerat ad solium. quem compsit bissus et ostrum.
Consedit laterique duces hinc indeque binos
Assedisse iubet. reliquos locat ipse minister.
Centenos simul accubitus iniere sodales
Diuersasque dapes libans conuiua resudat:
His et sublatis aliae referuntur edendae
Atque exquisitum feruebat migma per aurum.
Aurea bis seno tantum stant gausape uasa
Et pigmentatus crateres Bachus adornat:

---

281 hic C | quid C? 283 restringere γI *at* ut — exstinguas H 285 cuncto A 286 Tunc H 289 sumtibus C 290 Luxurians media B 291 Ingreditur (que *om.*) T 292 Horos A | quem more γI 293 quem αHbTI quod D?B | bissus compsit HγI 295 magister T 297 libat c. resudans I 298 eden/de (n *ex* m) A 299 feruet pincerna I | smigma (*σμῆγμα*) *Fischer* | auram B 300 bissino αD bissina Bb bis sena T *fort. recte* | causape D^1 gausape D^3 301 pigmentatus ADγ pigmentatos H pigmentatas C | crateras DB | bachus ADT bacchus B

Illicit ad haustum species dulcedoque potus,
Waltharius cunctos ad uinum hortatur et escas.
  Postquam epulis absumpta quies mensaeque remotae,
Heros iam dictus dominum laetanter adorsus
Inquit: 'in hoc rogito clarescat gratia uestra,
Ut uos inprimis reliquos nunc laetificetis.'
Et simul in uerbo nappam dedit arte peractam
Ordine sculpturae referentem gesta priorum,
Quam rex accipiens haustu uacuauerat uno
Confestimque iubet reliquos imitarier omnes.
Ocius accurrunt pincernae moxque recurrunt,
Pocula plena dabant et inania suscipiebant,
Hospitis ac regis certant hortatibus omnes.
Ebrietas feruens tota dominatur in aula,
Balbuttit madido facundia fusa palato,
Heroas ualidos plantis titubare uideres.
Taliter in seram produxit bachica noctem
Munera Waltharius retrahitque redire uolentes;
Donec ui potus pressi somnoque grauati
Passim porticibus sternuntur humotenus omnes.

---

303 escam HBT   304 Postque CD | epulas assumpta D | P. e. depulsa fames sublataque mensa HγI   305 dictis I | adortus *Molter* 306 Inquid A | hoc regno C? | clarescit I   307 in primis HB | tunc γ   308 paratam *Molter*   311 iuuet B   312 occurrunt D 316 Balbuttit A Balbutiit C Palbuttit D | medio B   318 bachica αDT bacchica HB   319 redire *om.* A | retrahitque redire uideres B cunctos retrahique uideres T   320 deest D: *quod u. 319 desiderari in* C *ait IGrimm falsum est, ad* I *potius atque ad u. 320 istam notam pertinere suspicor.*

Et licet ignicremis uellet dare moenia flammis,
Nullus qui causam potuisset scire remansit.
Inde*que* dilectam uocat ad semet mulierem
Praecipiens causas citius deferre paratas.
Ipseque de stabulis uictorem duxit equorum:
Hunc ob uirtutem uocitauerat ille leonem.
Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit.
Hunc postquam faleris solito circumdedit, ecce
Scrinia plena gazae lateri suspendit utrique
Atque iteri longo modicella cibaria ponit
Loraque uirgineac mandat fluitantia dextrae.
Ipseque lorica uestitus more gigantis
Inposuit capiti rubras cum casside cristas
Ingentesque ocreis suras complectitur aureis,
Et laeuum femur ancipiti praecinxerat ense
Atque alio dextrum pro ritu Pannoniarum:
Is tamen ex una tantum dat uulnera parte.
Tunc hastam dextra rapiens clipeumque sinistra
Coeperat inuisa trepidus decedere terra.
Femina duxit equum nonnulla talenta gerentem

---

322 igniuomis *Molter* 324 Inde α Tandem DHγI Iam nunc *Biester* Indeque *scripsi; sic* Ipseque *116 326 333 445* Ipsaque *458* Illeque *764* 325 otius D 327 Hunc ob uirt. AT? Quem ob uirt. CH Quemque ob uirt. D Ob uirtutem quem Bb Ob quam I Qualem ob *Molter* 329 phaleris CB | solitis *Molter* 331 iteri CD? uteri γ iteneri A itinere H itineri I 332 dextra A 334 Inposuit AD 335 Ingentes ocreisque D suras ocreis I 336 femur leuum B 337 alium dextro I | pannoniorum D 338 dat tantum C 339 astam A 341 nonnulla dona D nonnullum tale I

In manibusque simul uirgam tenet ipsa colurnam,
In qua piscator hamum transponit in undam,
Ut cupiens pastum piscis deglutiat uncum.
Namque gravatus erat uir maximus undique telis
Suspectamque habuit cuncto sibi tempore pugnam.
Omni nocte quidem properabant currere, sed cum
Prima rubens terris ostendit lumina Phoebus,
In siluis latitare student et opaca requirunt
Sollicitatque metus uel per loca tuta fatigans.
In tantumque timor muliebria pectora pulsat,
Horreat ut cunctos aurae uentique susurros
Formidans uolucres collisos siue racemos.
Hinc odium exilii patriaeque amor incubat inde;
Uicis defugiunt, speciosa noualia linquunt
Montibus intonsis cursus ambage recuruos
Sectantes: tremulos uariant per deuia gressus.
  Ast urbis populus somno uinoque solutus
Ad medium lucis siluit recubando sequentis.
Sed postquam surgunt, ductorem quique requirunt,
Ut grates faciant ac festa laude salutent.
Attila nempe manu caput amplexatus utraque

---

342 ipsa DHT ipse αBI 344 Et cupiens D | degluttiat D | hmum A hamum BT uncum CD 345 Namque Vualtarius erat C 351 Intantumque B 352 cunctos ι aure·(ι *lineola subducta del.*) A 353 Formidat T 354 Hic I | incubat· Inde B 355 Vicus I Vicos βT | defugiunt A diffugiunt CHBT effugiunt β | spaciosa T *ut uoluit Molter* | linqunt A 358 sepultus CT 359 lucis pressi iacuere sopore I 361 gr. reddant B | facta b *teste Merilio* | salutant L 362 amplectatus A

Egreditur thalamo rex, Walthariumque dolendo
Aduocat, ut proprium quereretur forte dolorem.
Respondent ipsi se non potuisse ministri
Inuenisse uirum, sed princeps sperat eundem
Hactenus in somno tentum recubare quietum
Occultumque locum sibi delegisse sopori.
Ospirin Hiltgundem postquam cognouit abesse
Nec iuxta morem uestes deferre suetum,
Tristior inmensis satrapae clamoribus inquit:
'O detestandas quas *sero* sumpsimus escas!
O uinum quod Pannonias destruxerat omnes!
Quod domino regi iam dudum praescia dixi,
Approbat iste dies quem nos superare nequimus.
En hodie imperii uestri cecidisse columna
Noscitur, en robur procul iuit et inclita uirtus:
Waltharius lux Pannoniae discesserat inde,
Hiltgundem quoque mi caram deduxit alumnam.'
Iam princeps nimia succenditur efferus ira,

---

364 *denuo* C *incipit* 367 tantum b *t.Merilio* 369 spirin b Ospirn Cβ | hiltegundem L Hildegunde H hilgundem B 370 deferreque suetas β 371 inmensis αLB 372 O destandas (te *pr. ss.*) D O detestantas L O te detestandas C | heri ω *scripsi* sero *i. uespere* 373 pannonicas L | pannoniam hanc d. omnem I 374 dudum iam AL¹ iamdudum CDL²Hγ | Quod 'dudum 'iam domino (regi *om.*) L 375 Adprobat B Abstulit β | quam L 376 ur̄i αL uestri BT (*cf. 126* ne uestri imperii labatur forte columna) nostri DH | columnam B 377 en] hinc I 378 dux *in* lux *pr. corr.* A | disserat (ce *ss.*) L 379 Hildgundem H Hilgundem B Hiltigundem L | quoque] que LT | mihi Tb m (i *ss.*) D | charam T karam LH 380 Iam] § iam A At T | succendr̃ C

Mutant laetitiam maerentia corda priorem.
Ex humeris trabeam discindit ad infima totam
Et nunc huc animum tristem, nunc diuidit illuc.
Ac uelut aeolicis turbatur arena procellis,
Sic intestinis rex fluctuat undique curis
Et uarium pectus uario simul ore imitatus
Prodidit exterius quicquid tolerauerat intus
Iraque sermonem permisit promere nullum.
Ipso quippe die potum fastidit et escam
Nec placidam membris potuit dare cura quietem.
Namque ubi nox rebus jam dempserat atra colores,
Decidit in lectum, uerum nec lumina clausit
Nunc latus in dextrum fultus nunc inque sinistrum
Et ueluti iaculo pectus transfixus acuto
Palpitat atque caput huc et mox iactitat illuc
Et modo subrectus fulcro consederat amens.
Nec iuuat hoc, demum surgens discurrit in *o*rbem
Atque thorum ueniens simul attigit atque reliquit.
Taliter insomnem consumpserat Attila noctem.
At profugi comites per amica silentia euntes

---

383 animum celerem B 384 uelud T | eloicis B | harena CB 385 fluitat (fluitat rex?) b 386 ore mutatus T 387 tollerauerat L 388 sermonum B | sermonem dare non permiserat ullum *β* 389 Ipso (o *ex* e *pr.*) B 390 menbris AB | poterat C 391 Et cum nox terris depresserat atra colores *β* (*at* L depressit) 394 Ac ueluti B | transfix̄ C 395 capt̄ C | iacitat A 396 subrectus *α* surrectus *β* subreptus *γ* | fulchro *β*T 397 urbe *α*b?T urbem *β*HBb *t.Merilio* orbe *IGrimm* | discurit C decurrit *β* 398 ueniens mox simul (*at* mox *del.*) T | reliquid CH

Suspectam properant post terga relinquere terram.
  Uix tamen erupit cras, rex patribusque uocatis
Dixerat: 'o si quis mihi Waltharium fugientem
Afferat euinctum ceu nequam forte liciscam!
Hunc ego mox auro uestirem saepe recocto
Et tellure quidem stantem hinc inde onerarem
Atque uiam penitus clausissem, uiuo, talentis.'
Sed nullus fuit in tanta regione tyrannus
Uel dux siue comes seu miles siue minister,
Qui, quamuis cuperet proprias ostendere uires
Ac uirtute sua laudem captare perennem
Ambiretque simul gazam infarcire crumenis,
Waltharium tamen iratum praesumpserit armis
Insequier strictoque uirum mucrone uidere.
Nota equidem uirtus, experti sunt quoque quantas
Incolomes dederit strages sine uulnere uictor.
Nec potis est ullum rex persuadere uirorum
Qui promissa uelit hac condiçione talenta.

---

401 Suspectant B Exosam pr. I | reliquere B 402 tamen *om.* L | cras. rex T 204 Afferret HI | uinctum H | nequam ceu T 405 Nunc L *ni f.* | ego] ġ A | ostro *Biester* 406 stante C? stantem *deesse uidetur* I | hinc inde ABT hinc atque inde C *et sic* A *recentissima manu* hinc inde atque βI 407 Namque *Molter* | claussissem A | uiuo *.i.* si uiuo *usitatum illud Plauto atque Terentio: ipse Ekkehardus Cas. p. 146, 32: si uixero* | dū *ss. al.* D ipse I uoui claussisse *Molter* ut uiuo *uel* iura *Reiffenberg.* 408 intu̇ta A 409 uel comes I | seu minister L 410 uireres A^1 411 uirtute tua D u. sua D^3 | perhennem T 412 cruminis B 413 tamen] tunc L *ut uidetur* | praesumpserat DBI presumeret L 415 Nata A | quidem DB 416 Incolomes A Incolumes C Incolomis D Incolumis BT In bellis I

Waltharius fugiens, ut dixi, noctibus iuit
Atque die saltus arbustaque densa requirens
Arte, accersita pariter capit arte uolucres
Nunc fallens uisco, nunc fisso denique ligno.
Ast ubi peruenit qua flumina curua fluebant,
Inmittens hamum rapuit sub gurgite praedam
Atque famis pestem pepulit tolerando laborem:
Namque fugae toto se tempore uirginis usu
Continuit uir Waltharius laudabilis heros.

Ecce quater denos sol circumflexerat orbes
Ex quo pannonica fuerat digressus ab urbe.
Ipso quippe die numerum qui clauserat istum,
Uenerat ad fluuium iam uespere tum mediante
Scilicet ad Rhenum, qua cursus tendit ad urbem
Nomine Wormatiam regali sede nitentem.
Illic pro naulo pisces dedit antea captos
Et mox transpositus graditur properanter anhelus.

Orta dies postquam tenebras discusserat atras,
Portitor exsurgens praefatam uenit in urbem
Regalique coco reliquorum quippe magistro
Detulerat pisces quos uir dedit ille uiator.

---

419 Uultharius A | ibat C 421 accersita AH accersitas CDBT arcessitas b Ipse accersitos partim I 424 Inmittens αDB | rapuit hamum D 425 Sicque *Molter* 427 waltrius C 429 pannonia H 431 flum̄ C 432 renum AHB | quo D 433 uvormociam C warmatiam H 434 dedit pisces (b a *ss. pr.*) D 436 Horta *uel* Oorta A | tenebras postq̄ ///// cusserat atras. D b *et* a *litteris ss. ordinem restituit,* postq̄z *effecit,* ex *rasurae superscripsit* D^3 437 exurgens DBT 438 coquo DHT cocco A coco CB quoco b 439 uenator B

Hos cum pigmentis condisset et apposuisset
Regi Gunthario, miratus fatur ab alto:
'Istius ergo modi pisces mihi Francia numquam
Ostendit: reor externis a finibus illos.
Dic mihi quantocius: cuias homo detulit illos?'
Ipseque respondens narrat, quod nauta dedisset.
Accersire hominem princeps praecepit eundem.
Et, cum uenisset, de re quaesitus eadem
Talia dicta dedit causamque ex ordine pandit:
'Uespere praeterito residebam litore Rheni
Conspexique uiatorem propere uenientem
Et ueluti pugnae certum per membra paratum:
Aere etenim penitus fuerat rex inclite cinctus
Gesserat et scutum gradiens hastamque coruscam.
Namque uiro forti similis fuit et licet ingens
Asportaret onus, gressum tamen extulit acrem.
Hunc incredibili formae decorata nitore
Assequitur calcemque terit iam calce puella.
Ipsaque robustum rexit per lora caballum
Scrinia bina quidem dorso non parua ferentem,

---

440 cum αD dum HγI | Is cum coxisset studiosus & adposuisset D 441 cundhario H 442 modi /// // pisces D nunquam mihi francia pisces C *u.* 444 *deest in* B *at est in* HT *cett.* quam totius T quantitius b | cui.as (n *al. ss.*) A | homo q̊s ł dederit istos (q̸s *ex* quos *rasura*) D 447 Et cum ADHBTI Qui cum C 449 littore reni T 451 menbra ADB 452 Uere D | cunctus A 453 choruscam HT 455 gressus t. e. acrem (*non* acres) T | intulit I 456 incredibilis B | decorata decore D decorata puella C 457 calce natore C 458 caballum DHγ 459 gerentem D

Quae, dum ceruicem sonipes discusserit altam,
Atque superba cupit glomerare uolumina crurum,
Dant sonitum, ceu quis gemmis illiserit aurum.
Hic mihi praesentes dederat pro munere pisces.'
His Hagano auditis, ad mensam quippe resedit,
Laetior in medium prompsit de pectore uerbum:
'Congaudete mihi quaeso, quia talia noui:
Waltharius collega meus remeauit ab Hunis.'
Uociferatur et omnis ei mox aula reclamat.
Guntharius princeps ex hac ratione superbus:
'Congaudete mihi iubeo, quia talia uixi.
Gazam quam Gibicho regi transmisit eoo,
Hanc nunc cunctipotens huc in mea regna remisit.'
Haec ait et mensam pede perculit exiliensque
Ducere equum iubet et sella conponere sculpta
Atque omni de plebe uiros secum duodenos
Uiribus insignes, animis plerumque probatos
Legerat. inter quos simul ire Haganona iubebat.

---

460 discusserat B | alta D 461 At b | furit I | curru I 462 geminis A 464 resedit *in ras. pr.* B 465 promsit C 466 C. mecum I 468 *post* 469 *in* HBT | undharius et omnis... Vociferatur *etq.s.* b (?) 469 Cundharius Hb (*in hoc* C *littera excidit, non* G, *ut docet u. 513*) 470 queso T | uixi] noui DBb *in* H talia *cum uoce insequenti deest.* talia uidi *uel* ad talia uixi *Reiffenberg.* uici *(.i. lucratus sum) Biester; ego aliquando* uisi. 471 gybichus H gibico B 472 Hanc nunc] Hc̄ n̄ē A hc̄ n̄c̄ C Hanc mihi H Nunc mihi BTI Hanc deus omnipotens D 473 pertulit *an* perculit *dubium* C 474 sellam c. sculptam DH | conponere A 476 pl. robustos D 477 simul et hag. B | Haganona ire I haganonem T Haganone H haganon b | audebat b

Qui memor antiquae fidei sociique prioris
Nititur a coeptis dominum transuertere rebus.
Rex tamen e contra nihilominus instat et infit:
'Ne tardate uiri, praecingite corpora ferro
Fortia, squamosus thorax iam terga recondat.
Hic tantum gazae francis deducat ab oris?'
Instructi telis, nam iussio regis adurget,
Exibant portis te Waltharium cupientes
Cernere et inbellem lucris fraudare putantes.
Sed tamen omnimodis Hagano prohibere studebat:
At rex infelix coeptis resipiscere non uult.
  Interea uir magnanimus de flumine pergens
Uenerat in saltum iam tunc Vosagum uocitatum.
Nam nemus est ingens spatiosum, lustra ferarum
Plurima habens, suetum canibus resonare tubisque.
Sunt in secessu bini montesque propinqui,
Inter quos licet angustum specus extat amoenum
Non tellure caua factum sed uertice rupum:
Apta quidem statio latronibus illa cruentis.
Angulus hic uirides ac uescas gesserat herbas.
Hunc mox ut uidit iuuenis: 'huc' inquit 'eamus,

479 acceptis A inceptis D | transmittere (*inde* transuertere *factum pr.*) C 480 econtra B | nichilominus C 481 praecingere DbI 482 suamosus C squamosos A | thorue iā tega A torax iā// terga (p *eras.*) D 483 Ne hic tantum T | francis gazę deduxit ab horis C deducet *uel* Haud (*uel* Ne) tantum *Merilius* 485 uulthariam A 86 Sternere DB | inbellem AD imbelle T 487 properare studebat T 490 tunc ADT tum CB | Wasagum D 492 tub̄q; C 495 ruptum CT 497 huc T | uescas g. escas T 498 Hunc αD Huc H *nis. et* γ | uidet b *t.Merilio*

His iuuat in castris fessum conponerè corpus.
Nam postquam fugiens Auarum discesserat oris,
Non aliter somni requiem gustauerat idem
Quam super innixus clipeo: uix clauserat orbes.
Bellica tum demum deponens pondera dixit
Uirginis in gremium fusus: ʽcircumspice caute
Hiltgunt et nebulam si tolli uideris atram,
Attactu blando me surgere conmonitato,
Et licet ingentem conspexeris ire cateruam,
Ne subito excutias somno mi cara caueto,
Nam procul hinc acies potis es transmittere puras.
Instanter cunctam circa explora regionem.ʼ
Haec ait atque oculos concluserat ipse nitentes
Iamque diu satis optata fruitur requiete.
  Ast ubi Guntharius uestigia puluere uidit,
Cornipedem rapidum saeuis calcaribus urget
Exultansque animis frustra sic fatur ad auras:

---

499 Hiis T | conponere A 500 fugens A | horis CB aruis H 501 requiem sompni C | somn' A | g. ipse D 502 innexus B | b̊aculo (*mg. pr.* ʽclipeo) C 503 pectora pondera *(lineola subducta prior uox deleta)* pondeͬa *ex* pondia *pr. corr.* A 505 hilgunt B Hiltgund T Hildegund H 506 Adtactu D | conmon. A 508 Ne subito me excutias a somno H Ne excutias somno subito B Ne excutias subito somno T | subit A | sompno C | mihi Tb | somno me *uel* somnum̊ mihi *IGrimm* mea cara *Molter* | kara DHb chara T 509 potis ẽ DB | potis es acies T | curas D 510 Instanter ADBT Instantem CH? 511 occulos A 512 Sic tandem optata fessus fruiturque quiete D 513 cundharius Hb | in puluere *α* in *om.* DHγ 515 animis! frustra sic B | fͬustra (r *ss. pr.*) A | auras *ω* aures *Biester*

'Accelerate uiri, iam nunc capietis eundem:
Numquam hodie effugiet, furata talenta relinquet.'
Inclitus at Hagano contra mox reddidit ista:
'Unum dico tibi regum fortissime tantum:
Si totiens tu Waltharium pugnasse uideres
Atque noua totiens quotiens ego caede furentem,
Numquam tam facile spoliandum forte putares.
Uidi Pannonias, acies cum bella cierent
Contra aquilonares siue australes regiones:
Illic Waltharius propria uirtute coruscus
Hostibus inuisus sociis mirandus obibat:
Quisquis ei congressus erat, mox tartara uidit.
O rex et comites experto credite, quantus
In clipeum surgat, quanta ui torqueat hastam.'
Sed dum Guntharius male sana mente grauatus
Nequaquam flecti posset, castris propiabant.
Et procul aspiciens Hiltgunt de uertice montis
Puluere sublato uenientes sensit et ipsum
Waltharium placido tactu uigilare iubebat.
Qui caput attollens scrutatur, si quis adiret?

---

516 eundem αDH euntem γ | *u.* 519 *post* 520 *in* C 520 pugnare uidisses T 522 sp. credo putares D 523 pannonias αDBT pannonicas H | cierent l' mouerent A coirent D 524 aquilonenses B aquilonales bT 525 choruscus HBT coruscas (u *ss. pr.*) C 527 ei *om.* b 529 assurgat *Merilius* | quanta ui αD (*at* ui *ss. pr.* A) quo turbine Bb *t. Merilio* qua turbine HTb? 530 Sed cum Bb *t. Mer.* | cuntarius C guntherius D cundharius H 531 Neqq C | properabant *Moshemius* 532 At procul CDHT | hiltgund HT hilgunt B 534 iubebat AD monebat CHBT 535 adtollens CB attolens C

Eminus illa refert quandam uolitare phalangem.
Ipse oculos tersos somni glaucomate purgans
Paulatim rigidos ferro uestiuerat artus
Atque grauem rursus parmam collegit et hastam
Et saliens uacuas ferro transuerberat auras
Et celer ad pugnam telis prolusit amaram.
Cominus ecce coruscantes mulier uidet hastas
Ac stupefacta nimis: 'Hunos hic' inquit 'habemus.'
In terramque cadens effatur talia tristis:
'Obsecro, mi senior, gladio mea colla secentur,
Ut, quae non merui pacto thalamo sociari,
Nullius ulterius patiar consortia carnis.'
Tum iuuenis: 'cruor an nocuus me tinxerit?' inquit
'Aut quo forte modo gladius potis est inimicos
Sternere, tam fidae si nunc non parcit amicae?
Absit quod rogitas, mentis depone pauorem.
Qui me de uariis eduxit saepe periclis,
Hic ualet hic hostes credo confundere nostros.'
Haec ait atque oculos tollens effatur ad ipsam:
'Non assunt Auares hic sed Franci nebulones
Cultores regionis,' et en galeam Haganonis

---

536 Et nunc illa *Moshemius* | quantam B 537 occulos A | terso D 341 prolusit αBT praelusit D? *Fischer* 542 Comminus B | chorusc. BT 545 secentur AHBT secede CD recide *Molter* secato *Merilius* 546 thalomo A talamo C 548 Dum A Tum *ni f.* C[1] Dum *in ras.* C[2] Tunc B | an nocuus α innocuus DBT | īq̃t· *(interrogandi nota falso posita)* D 549 Et quo γ 550 pacit T 553 confundere credito nostros T 555 ħ *an* ħ *dubium* C | occulos A 555 adsunt B sunt (*om.* ad) A

Aspicit et noscens iniunxit talia ridens:
'Et meus hic socius Hagano collega ueternus.
Hoc heros dicto introitum stationis adibat
Inferius stanti praedicens sic mulieri:
'Hac coram porta uerbum modo iacto superbum:
Hinc nullus rediens uxori dicere Francus
Praesumet se inpune gazae quid tollere tantae.'
Nec dum sermonem compleuit, humotenus ecce
Corruit et ueniam petiit, quia talia dixit.
Postquam surrexit contemplans cautius omnes:
'Horum quos uideo nullum Haganone remoto
Suspicio: namque ille meos per proelia mores
Iam didicit, tenet hic etiam sat callidus artem.
Quam si forte uolente deo intercepero solam,
Tunc' ait 'ex pugna tibi Hiltgunt sponsa reseruor.'
Ast ubi Waltharium tali statione receptum
Conspexit Hagano, satrapae mox ista superbo
Suggerit: 'o senior desiste lacessere bello
Hunc hominem. pergant primum qui cuncta requirant
Et genus et patriam nomenque locumque relictum.

---

557 gnoscens Hb | ridens vl' dicens B | noscens inquit ac talia ridens D 558 Est meus *et* uetustus *Molter* 560 Interius D³ | stat i praedicens (i *al. intrusum*) A | sic praedicens C 561 u. nunc iacto D 562 ṙediens n̊ullus (*pr. c.*) D 563 inpune A | quid (d *ex* n *al.*) A ^ali^q C | n̄re. l' tante C | meae q. t. gazae *Merilius* 564 Haec dum B | compleuit sermonem T 567 Haganone recepto *Biester* 569 Quam didicit B 570 Quem *et* solum D̨H 571 Hac ait D | hiltgunt C hilgunt B 573 hag̊no T 574 lacescere B 575 Hunc] ħe *uel* ħc C

Uel, si forte petat pacem sine sanguine praebens
Thesaurum, per responsum cognoscere homonem
Possumus, et si Waltharius remoratur ibidem,
Est sapiens, forsan uestro concedet honori.'
Praecipit ire uirum cognomine rex Camelonem,
Inclita metensi quem Francia miserat urbi
Praefectum, qui dona ferens deuenerat illo
Anteriore die quam princeps nouerat ista.
Qui dans frena uolat rapidoque simillimus euro
Transcurrit spatium campi iuuenique propinquat
Ac sic obstantem compellat: 'dic homo quisnam
Sis? aut unde uenis, *iuuenis*, quo pergere tendis?'
Heros magnanimus respondit talia dicens:
'Sponte tua uenias huc an te miserit ullus,
Scire uelim.' Camelo tunc reddidit ore superbo:
'Noris Guntharium regem tellure potentem
Me misisse tuas quaesitum pergere causas.'

---

577 petit D 578 Thezaurum T | humonem C 580 concedat B concedere *Moshemius* | uestrŏ concedet fŏrsan (*pr. corr.*) D 581 rex *pr. ss.* A | kamelonem C calamonem B camalonem bT 582 mettensi Bb | urbe D 584 qua D | nouerat *in ras. pr.* D nouerit T nouer$\overset{i}{a}$t (*pr. corr.*) C 585 que *om.* T 586 Transcurri^{t} (*pr.* t *ss.*) C 588 Sis aut unde uenis quo pergere tendis *α*Db S. a. u. uenis 'quo tendere pergis (*sic pro* pergere tendis, *atque marg. pr. add.* 'tandem) B uenis aut tu quo p. t. T uenis uel quonam p. t. *Fischer* (*ex* C, *ut ait: nescio an recentissima manu sic suppletum sit, antiqua manus cum* A *consentit*). *ego* iuuenis *addidi* 589 magnai' C 590 an huc *ω* huc an *scripsi* | miserat D | *sequitur u. 596 statim deletus suoque loco repetitus* C 591 uelim calamo· Tunc B | kamelo C calamo B camalo T | tunc *α*DBT tum *Fischer* 592 cuntarium C

His auscultatis suggesserat hoc adolescens:
'Ignoro penitus, quid opus sit forte uiantis
Scrutari causas: sed promere non trepidamus.
Waltharius uocor, ex Aquitanis sum generatus.
A genitore meo modicus puer obsidis ergo
Sum datus ad Hunos, ibi uixi nuncque recessi
Concupiens patriam dulcemque reuisere gentem.'
Missus ad haec: 'tibi iam dictus per me iubet heros,
Ut cum scriniolis equitem des atque puellam:
Quod si promptus agis, uitam concedet et artus.'
Waltharius contra fidenter protulit ista:
'Stultius effatum me non audisse sophistam
Arbitror. en memoras, quod princeps nescio uel quis
Promittat, quod non retinet nec fors retinebit.
An deus est, ut iure mihi concedere uitam
Possit? num manibus tetigit? num carcere trusit
Uel post terga meas torsit per uincula palmas?
Attamen ausculta: si me certamine laxat, —
Aspicio, ferratus adest, ad proelia uenit —
Armillas centum de rubro quippe metallo

---

594 suggerat B 595 quod B 596 Scutari CD | non dubitamus Bb[1] (trepidamus *ss.* b) 598 Obsidis inque loco paruus genitore coacto D 600 patriam] terram T 601 h̄ (*i.* hoc) C | te iam *Molter* 602 equidem B 603 artus *pro salute positi uidentur (sic 648 et 955 uitam salutemque poeta coniunxit. lîp inti lidi confert IGrimm): nisi forte legendum* arma, *uid. u. 1192.* 605 sophistae *Molter* 606 quod *ω* quid *Fischer* | princeps quod (*ss.* o *uocatiui nota*) D 607 Permittat *Biester* 608 609 possit Vitam *γ* 610 to^r^sit (*pr. corr.*) C 611 At tamen DB 613 centum] ceterum A

Factas transmittam, quo nomen regis honorem.'
Tali responso discesserat ille recepto.
Principibus narrat quod protulit atque resumpsit.
Tunc Hagano ad regem: 'porrectam suscipe gazam,
Hac potis es decorare, pater, te concomitantes;
Et modo de pugna palmam reuocare memento.
Ignotus tibi Waltharius et maxima uirtus.
Ut mihi praeterita portendit uisio nocte,
Non, si conserimus, nos prospera cuncta sequentur.
Uisum quippe mihi te colluctarier urso,
Qui post conflictus longos tibi mordicus unum
Crus cum poblite ad usque femur decerpserat omne
Et mox auxilio subeuntem ac tela ferentem
Me petit atque oculum cum dentibus eruit unum.'
His animaduersis clamat rex ille superbus:
'Ut uideo, genitorem imitaris Hagathien ipse.
Hic quoque perpauidam gelido sub pectore mentem
Gesserat et multis fastidit proelia uerbis.'

---

616 quod *ω* quid *Fischer* 617 Hunc T | hanago C | regem sic dixit suscipe gazam D 618 te cõmitantes A concomitantes (te *om. sed pr. ss.*) C te concomitantes T tecum comitantes B temet comitantes D *cf. u. 1071:* inter te comitantes 621 protendit A 622 conserim̃ //// (*.i.* conserimur) A | sequantur C 623 Visū *ex* Visi *al. corr.* A | cluctarier D | apro *FLinnig coni., at mordicus etiam urso conuenit et dentes 627 Haganonis intellegi uoluit auctor cf. 1395.* 624 longos *om. et pr. marg. add.* C 625 poblite *α* poplite *ceteri* 627 ac D | occulum A 628 Hiis T | ṙex ċlamat (*antiqua m. corr.*) D 629 hagathien AB agacien C agathine D hagalthien bT | Ut uideo patrem modo tu ipse agathine imitaris D 631 fastidiit *Fischer*

Tunc heros magnam iuste conceperat iram, —
Si tamen in dominum licitum est irascier ullum.
'Haec' ait 'in uestris consistant omnia telis.
Est in conspectu quem uultis. dimicet omnis.
Cominus astatis nec iam timor impedit ullum;
Euentum uideam nec consors sim spoliorum.'
Dixerat et collem petiit mox ipse propinquum
Descendensque ab equo consedit et aspicit illo.
Post haec Guntharius Cameloni praecipit aiens:
'Perge et thesaurum reddi mihi praecipe totum.
Quodsi cunctetur, scio tu uir fortis et audax,
Congredere et bello deuictum mox spoliato.'
Ibat metensis Camelo metropolitanus,
Uertice fulua micat cassis, de pectore torax,
Et procul acclamans: 'heus audi' dixit 'amice!
Regi Francorum totum transmitte metallum,
Si uis ulterius uitam uel habere salutem.'
Conticuit paulum uerbo fortissimus heros,
Opperiens propius hostem aduentare ferocem.
Aduolitans missus uocem repetiuerat istam.

---

633 ulli B 634 Hec ait AD ħ ait (*i.* hoc) C En ait γ | omnia uerbis T 635 En in D 636 Comminus B 637 sum D 639 illô C 640 cuntarius C | kameloni C calamoni Bb camaloni T 641 thezaurum T | mi A 642 Quod si B | cunctatur T | scio; tu *sic dist. Merilius* scis *Biester, an* cito? 643 spoliatum B 644 mettensis B | kamelo C calamo B camalo T 645 Virtice A | torax αDB 646 heu T | audis B | amice] o *ss. pr.* D 647 tutum T 648 Si uelis BT Si ǘlterius ǘis (*antiqua m. corr.*) D 649 paulo D paululum T | horos A 650 Operiens D | hostem propius ⸗(b a *ss. antiqua m.*) D | forocem A superbum b

['Regi Francorum totum transmitte metallum!']
Tum iuuenis constans responsum protulit istud:
'Quid quaeris? uel quid reddi, importune coartas?
Numquid Gunthario furabar talia regi?
Aut mihi pro lucro quicquam donauerat ille,
Ut merito usuram me cogat soluere tantam?
Num pergens ego dampna tuli uestrae regioni,
Ut uel hinc iuste uidear spoliarier a te?
Si tantam inuidiam cunctis gens exhibet ista,
[Ut calcare solum nulli concedat eunti,]
Ecce uiam mercor, regi transmitto ducentas
Armillas. pacem donet modo bella remittens.'
  Haec postquam Camelo percepit corde ferino:
'Amplificabis' ait 'donum, dum scrinia pandis.
Consummare etenim sermones nunc uolo cunctos:
Aut quaesita dabis, aut uitam sanguine fundes.'
Sic ait et triplicem clipeum collegit in ulnam
Et crispans hastile micans ui nititur omni
Ac iacit. at iuuenis deuitat cautior ictum.
Hasta uolans casso tellurem uulnere mordit.
  Waltharius tandem: 'si sic placet', inquit 'agamus.'

---

652 deest AC^1DBT: *in* C *alia sed coaeua m. margini addidit cum hac nota:* d' | t̊tū C^2 653 Tunc B 654 inport. C 655 cuntario C 656 Aut quid pro Bb | q̇cq D | iste *Biester* 658 damna T 659 uel iniuste B 660 Et tantam D | exibet C 661 *deest* αD 662 uiam *marg. pr. add.* C | merear D 663 donet. modo bella remittat D 664 kamelo C calamo B camalo T 666 Consumare C 668 ac b 671 mordit αBb mordet DT 672 Vultharius A | si/sic D | inquid A | eamus (l' agamus *al. add.*) C

Et simul in dictis hastam transmisit. at illa
Per laeuum latus umbonis transiuit et ecce
Palmam qua Camelo mucronem educere coepit,
Confixit femori transpungens terga caualli.
Nec mora, dum uulnus sensit sonipes, furit atque
Excutiens dorsum sessorem sternere temptat
Et forsan faceret, ni lancea fixa teneret.
   Interea parmam Camelo dimisit et hastam
Complexus laeua satagit diuellere dextra.
Quod tum perspiciens currit celeberrimus heros
Et pede compresso capulo tenus ingerit ensem,
Quem simul educens hastam de uulnere traxit.
Tunc equus et dominus hora cecidere sub una.
   At dum forte nepos conspexerat hoc Camelonis,
Filius ipsius K*un*o cognomine fratris,
Quem referunt quidam Scaramundum nomine dictum,
Ingemit et lacrimis compellat tristior omnes:
'Haec me prae cunctis heu respicit actio rerum.

---

674 le$\overset{u}{n}$um (*pr.* u *ss.*) C   675 kamelo C calamo B   676 Affixit D | caballi DBT   677 sentit BT   679 Et forsitan T   680 calamo B camalo T   681 dextram γ (b *t.Meril.*)   682 tum A dum C mox Dγ At tum *uel* Ac tum *Biestsr* | celerrimus D   683 comprenso b   684 Que A   686 Et dum DBb | conspexeat A conspexit B | h̄ (*i.* haec) A | kamelonis C camelonis D calamonis B   687 timo D chimo B kimo *ceteri* Gimo *nomen habet Goldastus (Rerum alamann. scriptores II a 100) in indice nominum ex membranis Sangallensibus descripto: ex ipsius Waltharii uitiosis libris oriundum facile suspiceris. cum nihili sit* Kimo, *leuissima mutatione nomen effeci inlustre* Kuno. Grimo *coniecit FLinnig.*   688 Que A   689 compellit b   690 Heu me p. c. heu r. D

Nunc aut commoriar uel carum ulciscar amicum.'
Namque angusta loci solum concurrere soli
Cogebant nec quisquam alii succurrere quiuit.
Aduolat infelix Scaramundus iam moriturus
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Qui dum Waltharium nullo terrore uideret
Permotum fixumque loco consistere in ipso,
Sic ait infrendens et equinam uertice caudam
Concutiens: 'in quo fidis? uel quae tua spes est?
Non ego iam gazam uel rerum quicque tuarum
Appeto, sed uitam cognati quaero perempti.'.
Ille dehinc: 'si conuincar, quod proelia primus
Temptarim seu quid merui, quod talia possim
Jure pati, absque mora tua me transuerberet hasta.
Necdum sermonem concluserat, en Scaramundus
Unum de binis hastile retorsit in illum
Confestimque aliud. quorum celeberrimus heros
Unum deuitat, quatit ex umbone secundum.
Tunc aciem gladii promens Scaramundus acuti
Proruit in iuuenem cupiens praescindere frontem,
Effrenique in equo propius deuectus ad illum
Non ualuit capiti libratum infindere uulnus.
Sed capulum galeae inpegit: dedit illa resultans

---

691 aut c. aut c. D | charum T 693 quisq D 695 laxo D 696 Walterium A 699 quae *ω* quid *Fischer* 700 nec rerum *γ* | quicque A | Non ego nunc gazam quicquam rerumque tuarum D 702 conuincas D 703 seu quid *α*T seu quod DB seu quo *IGrimm* | quod (d *in* t) A 704 ʰasta (*pr. ss.*) A 705 Nec dum B Nondum D | compleuerat b 710 proscindere B 713 inpegit A | illi A

Tinnitus ignemque simul transfudit ad auras.
Sed non cornipedem potuit girare superbum,
Donec Waltharius sub mentum cuspidis ictum
Fixerat et sella moribundum sustulit alta.
Qui caput orantis proprio mucrone recidens
Fecit cognatum pariter fluitare cruorem.
  Hunc ubi Guntharius conspexit obire superbus,
Hortatur socios pugnam renouare furentes:
'Aggrediamur eum nec respirare sinamus,
Donec deficiens lassescat et inde reuinctus
Thesauros reddet luet et pro sanguine poenas.'
  Tertius en Æwurhardus abit bellumque lacessit,
Quamlibet ex longa generatus stirpe nepotum
O uir clare tuus cognatus et artis amator,
Pandare, qui quondam iussus confundere foedus
In medios telum torsisti primos Achiuos.
Hic spernens hastam pharetram gestauit et arcum,
Eminus emissis haud aequo marte sagittis

---

714 transfundit D   716 Waltharus A   717 Duxerat T   718 caput adtollens Bb (*hic tamen* att. *et* orantis *ss.*) ouantis *.i. gloriantis neglecta lege metri coni. Biester.*   720 Nunc] *N similis litterae H in* C | cuntarius C   720 obisse *γ*   721 pugnam] bellum T | reuocare B   722 Dicens. adgrediamur e. n. r. s. BT | adgr. DB | ne b   723 *uersus deest* D | lascescat C lasescat B | riunctvs A   724 luit D | pęnam B   725 Wurhardvs A wrhardus (w *littera litteris* ve *similis*) C *unde* Werhardus *Fischer* euuarhardus D uurimhardus B wirmhardus b vuarmardus (m, *non* in) T Werinhardus *IGrimm Excidit in α prima littera* E, *quam seruauit* D Eburhardus *est in Ekkehardi casibus p. 103, 27. 104, 4. 10.* | /// abit C   726 Quemlibet A   727 arcis *ni f.* C artus B armis T   731 haut CD

Waltharium turbans. contra tamen ille uirilis
Constitit opponens clipei septemplicis orbem,
Saepius eludens uenientes prouidus ictus.
Nam modo dissiluit, parmam modo uergit in austrum
Telaque discussit, nullum tamen attigit illum.
Postquam Pandarides se consumpsisse sagittas
Incassum uidet, iratus mox exerit ensem
Et demum aduolitans has iactitat ore loquelas:
'O si uentosos lusisti callide iactus,
Forsan uibrantis dextrae iam percipis ictum.'
Illi Waltharius ridenti pectore adorsus:
'Iamque diu satis exspecto certamina iusto
Pondere agi. festina, in me mora non erit ulla.'
Dixerat et toto conixus corpore ferrum
Conicit. hasta uolans pectus reserauit equinum:
Tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras
Uerberat effundensque equitem cecidit super illum.
Accurrit iuuenis et ei ui diripit ensem.
Casside discussa crines conplectitur albos
Multiplicesque preces nectenti dixerat heros:
'Talia non dudum iactabas dicta per auras.'

---

732 turbat D 733 obponens CD 735 dissuluit B dissilijt T 737 Postq D 739 *hic uersus in* A *ultimus est folii 13ᵛ; f. 14ʳ summo ante u. 740 erasi sunt duo uersus, nempe 614 615 ut patet ex paucis quae dignosci possunt uerbis* (.... transmittam *et* Tali responso 742 Illi *α* Olli D*γ* | uultharius A | adortus *Molter* 743 expecto CDBT 744 illa D¹ (*rec. corr.*) 745 conixus *α*DB | corpore A*γ* pectore CD 747 calcibus aruum D 748 V. effundens equitemque cadit super ipsum *Biester* 750 conpl. A | ambos D 752 ludum C

Haec ait et truncum secta ceruice reliquit.
Sed non dementem tria uisa cadauera terrent
Guntharium: iubet ad mortem properare uicissim.
En a saxonicis oris Ekeurid generatus
Quartus temptauit bellum, qui pro nece facta
Cuiusdam primatis eo diffugerat exul.
Quem spadix gestabat equus maculis uariatus.
Hic ubi Waltharium promptum uidet esse duello:
'Dic', ait 'an corpus uegetet tractabile temet
Siue per aerias fallas maledicte figuras?
Saltibus assuetus faunus mihi quippe uideris.'
Illeque sublato dedit haec responsa cachinno:
'Celtica lingua probat *me* ex illa gente creatum
Cui natura dedit reliquas ludendo praeire.
At si te propius uenientem dextera nostra
Attingat, post Saxonibus memorare ualebis,
Te nunc in Vosago fauni fantasma uidere.'
'Attemptabo quidem, quid sis', Ekeurid ait, ac mox
Ferratam cornum grauiter iacit. illa retorto

---

753 h̄ ait (*.i.* hoc) C | reliquid A 755 cuntarium C 756 sȯxonicis (*pr. corr.*) C | ekeurid *α* ekiurid Bb erefrid T ekerich D | ekiurid oris B 758 primâtis eô C | defugerat D 759 uariatum C 760 uultharium A 761 Sic ait D 762 p //// aerias D aereas CT | maledicta B m̊aledicte D 763 asuetus D¹ 765 te ex *ω* me *scripsi: at fortasse auctor personam prorsus omisit.* | creantum C 766 reliquos B 767 Ac si D¹ | si////te C | dextra A 768 Attingit D¹ Attinget *rec. corr.* D 769 uuasago D 770 adtemptabo B | quidem] quod A | ekeurid *α* ekurid B erefrid T ekirih D | ac mox *ω* et mox *Fischer* ex mox *operarum error ed. IGrimm.* 771 Ferratam pinum D "iacit "grauiter (*ant. corr.*) D

Emicat ammento: quam durus fregerat umbo.
Waltharius contra respondit cuspide missa:
'Haec tibi siluanus transponit munera faunus.
Aspice, num mage sit telum penetrabile nostrum.'
Lancea taurino contextum tergore lignum
Diffidit ac tunicam scindens pulmone resedit.
Uoluitur infelix Ekeurid riuumque cruoris
Euomit: en mortem fugiens incurrit eandem.
Cuius equum iuuenis post tergum in gramen abegit.
Tunc a Gunthario clipeum sibi postulat ipsum
Quintus ab inflato Hadawartus pectore lusus.
Qui pergens hastam sociis dimisit habendam
Audax in solum confisus inaniter ensem.
Et dum conspiceret deiecta cadauera totam
Conclusisse uiam nec equum transire ualere,
Dissiliens parat ire pedes. petit acer in armis
Waltharius laudatque uirum, qui praebuit aequam
Pugnandi sortem Hadawartum. dixit a*t* ill*e*:
'O uersute dolis et fraudis conseie serpens

772 ammento AT amento *ceteri* 773 ultharius contra fidenter protulit ista A Waltharius contra respondit cuspide missa *ceteri.* 774 transpondit *α* („*a pondo, zuwägen*" *Biester, potius ex* respondit *superioris uersus natum cf.* 340 hamum transponit in undam) transponit DT transmittit B 776 lignum] scutum D 778 ekeurid *α* ekiurid B erefrid T ekirih D 779 en] & D 781 Tunc] c̃ *initiali omissa* A | guntario C 782 hadewartus A (*at cf.* 789) hadawartus C hadauuardus D*γ* 787 Dissiliens *α*DT Desiliens B | petit *α* stetit *ceteri* 789 Pugndi C | sortem hadawartum dixit A sortem hadawartum. dixit C sortem hadawardum. dixit T sortem · hadauuart tum dixit DBb | ad illum *ω* at ille *scripsi* (*cf.* at ille 1066 at illa 226 at illum 908) P. sortem. Hadawartus dixit ad illum *IGrimm.* 790 et] ac T

Occultare artus squamoso tegmine suetus
Ac ueluti coluber girum collectus in unum,
Tela tot euitas tenui sine uulneris ictu
Atque uenenatas ludis sine more sagittas?
Numquid et iste putas astu uitabitur ictus
Quem propius stantis certo libramine mittit
Dextra manus? neque enim is teli seu uulneris auctor.
Audi consilium, parmam deponito pictam:
Hanc mea sors quaerit, regis quoque sponsio praestat,
Nolo quidem laedas, oculis quia complacet ist*a*.
816 Istic deponas pondus, quod tanta uiarum
817 Portasti spatia ex Auarum nam sedibus altis.
801 Sin alias, licet et lucem mihi dempseris almam,
Assunt hic plures socii carnisque propinqui,
Qui, quamuis uolucrem similes pennasque capessas,

791 suamoso αD 793 tenuis ñ (b.) uulneris ictu; sine (.a.) (*sic uoce ñ deleta corr. pr.*) A tenui sine CDγ 794 morte T 795 ictus] arcus D 797 neque ABT nec CD | is teli seu αbT iste seu B nec enim telum sine uulnere transit D is telorum *IGrimm* is leti seu uulneris *Merilius* iste leuis tibi uulneris *ego aliquando antequam uergilianum locum aduerti.* 798 deponere B depone T | pictam] petitam T 799 praestat ω patrat *falsa Fischeri lectio* 800 reddas (*sc. scrinia*) *Biester* | occulis A | quia ω quod *Fischer* | istis ω *scripsi* ista | *Post u.* 800 *ego reuocaui uu. 816 817 (quos post u. 818 collocauerat IGrimm.): talia dixisse Hadawartum ex ipsius uerbis 801:* Sin alias *Waltharique 806:* De reliquis taceo *satis certo proditur. Atque pondus quod ex Auaribus attulit ille non dubium quin ipsa sit gaza, non parma.* 816 Istinc T | I. ne ponas γ | quod tanta pondus uiarum A 817 Portasta (i) *pr. corr.* A Portaui D | nam] iam D *Molter, an* clam? | spacia? ex a. n. s. altis. s C 801 aliâs C | almam] istam D 802 Adsunt B 803 quia] quã A | uolucri D | simules CTb *t.Mer.*

Te tamen inmunem numquam patiantur abire.'
Belliger at contra nil territus intulit ista:
'De reliquis taceo, clipeum defendere curo.
Pro meritis mihi crede bonis sum debitor illi.
Hostibus iste meis se opponere saepe solebat
Et pro uulneribus suscepit uulnera nostris.
Quam sit oportunus hodie mihi cernis, et ipse
Non cum Walthario loquereris forsan, abesset.'
'Uiribus o summis hostem depellere cures,
Dextera ne rapiat tibi propugnacula muri.'
'Tu clauum umbonis studeas retinere sinistra,
Atque ebori digitos circumfer glutine fixos.'
Ille dehinc: 'inuitus agis, si sponte recusas.
Nec solum parmam, sed equum cum uirgine et auro
Reddes: tum demum scelerum cruciamina pendes.'
Haec ait et notum uagina diripit ensem.
Inter se uariis terrarum partibus orti
Concurrunt. stupuit Vosagus haec fulmina et ecce
Ambo sublimes animis ac grandibus armis,

---

804 inmunem ADB | paciuntur D patientur BT 807 Pro multis *Biester* 808 ipse meis CD | se *om.* T | obponere C | sese opposuisse solebat B 810 hodie decernis (de *del.* mihi *ss. antiqua m.*) D 811 uulthaͥro A | forsan] si *ss. antiq. m.* D *ante hanc uocem uirgulam posuit Fischer, secutus est IGrimm; ego transposui.* 812 *parmam adloqui suam Waltharium suspicatur FLinnig.* | o *ex* e D | depellere] depromere B 813 dextra A | propugnaculi b 814 cliuum C 818 agis *ω* ages *IGrimm* | si] quod T 819 solam D | equū C 820 tum "tam̄ (*marg. pr.* " tū) D | scelerum *pr. ss.* D 823 stupu/it (i *ex* u) A | uuasagus D uosegus Bb | f. et ictus *γ* 824 Olli subl. BT | sublimis animus T

Hic gladio fidens hic acer et arduus hasta
Inter se multa ac ualida ui proelia miscent.
Non sic nigra sonat percussa securibus ilex,
Ut dant tinnitus galeae clipeique resultant.
Mirantur Franci, quod non lassesceret heros
Waltharius cui nulla quies spatiumue dabatur.
Emicat hic inpune putans iam wormatiensis
Alte et sublato consurgit feruidus ense
Hoc ictu memorans semet finire duellum:
Prouidus at iuuenis ferientem cuspide adacta
Intercepit et ignarum dimittere ferrum
Cogebat. procul in dumis resplenduit ensis.
Hic ubi se gladio spoliatum uidit amico,
Accelerare fugam fruticesque uolebat adire.
Alpharides fretus pedibus uiridique iuuenta
Insequitur dicens: 'quonam fugis? accipe scutum.
Sic ait atque hastam manibus leuat ocius ambis
Et ferit. Ille cadit, clipeus superintonat ingens.
Nec tardat iuuenis: pede collum pressit et hasta
Diuellens parmam telluri infixerat illum.
Ipse oculos uertens animam sufflauit in auram.

---

825 Hi A | ille acer *Biester* 826 ac *om.* D et CB 827 ilex p. s. sonat A 829 frauci D | lascesseret C lacesseret D lasesceret B lassesserat T 831 inpune A | vuarmaciensis T 832 sub lato A 833 duello (ṽ *ss. pr.*) B 835 igna*u*um (u *rec. in ras.*) D ignauum T *quod coniecit Merilius conl. u. 1298* 837 Hi A 839 *post* Alpharides^{s} *littera incerta ss.* C | fretus in pedibus D 841 ambis] ipse T 844 Eṭuellens D 845 occulos A | auram ADBT auras C

Sextus erat Pataurid. soror hunc germana Haganonis
Protulit ad lucem. quem dum procedere uidit,
Uocibus et precibus conatur auunculus inde
Flectere proclamans: 'quonam ruis? aspice mortem,
'Qualiter arridet. desiste! en ultima Parcae
Fila legunt. o care nepos te mens tua fallit.
Desine. Waltharii tu denique uiribus inpar.'
Infelix tamen ille means haec omnia spreuit,
Arsit enim uenis laudem captare cupiscens.
Tristatusque Hagano suspiria pectore longa
Traxit et has imo fudit de corde loquelas:
'O uortex mundi fames insatiatus habendi,
Gurges auaritiae, cunctorum fibra malorum!
O utinam solum glutires dira metallum
Diuitiasque alias homines inpune remittens.
Sed tu nunc homines peruerso numine perflans
Incendis nullique suum iam sufficit. ecce
Non trepidant mortem pro lucro incurrere turpem.
Quanto plus retinent, tanto sitis ardet habendi.
Externis modo ui modo furtiue potiuntur

---

846 pataurid *α* patarid BT (*at cf. 912*) paterih D | gmna (*litterae* g *compendium syllabae* er *ss.*, m *litterae subiecta* i *uel* a *littera*) A 851 chare T 852 Defit& *ni f.* A | Walterii A | inpar A 854 uenis *α*B ferus D iuuenis T *Fischer* 855 Tristatūq. (s *pr. ss.*) B Tristatur DT que *om.* D 856 uno A | de pec corde C 857 fames *ω* insatiatus *α*BT insaciata D *Molter Merilius conl. 859* dira: *at* fames habendi *auctori dicitur* uortex insatiatus mundi | tenendi D 859 gluttires sola m. B 860 D. a. uecors inpune r. D | inpune AD 863 trepidat B 865 Extmis C

Et, quod plus renouat gemitus lacrimasque ciebit,
Caeligenas animas Erebi fornace retrudunt.
Ecce ego dilectum nequeo reuocare nepotem,
Instimulatus enim de te est o saeua cupido.
En caecus mortem properat gustare nefandam
Et uili pro laude cupit descendere ad umbras.
Heu mihi care nepos matri quid perdite mandas?
Quis nuper ductam refouebit care maritam,
Cui nec rapte spei pueri ludicra dedisti?
Quis tibi nam furor est? unde haec dementia uenit?"
Sic ait et gremium lacrimis consparsit obortis,
Et "longum formose uale" singultibus edit.

Waltharius licet a longe socium fore maestum
Attendit clamorque simul peruenit ad aures.
Unde incursantem sic est affatus equestrem:
'Accipe consilium iuuenis fortissime nostrum
Et te conseruans melioribus utere fatis.
Desine, nam tua te feruens fiducia fallit.
Heroum tot cerne neces et cede duello,
Ne suprema uidens hostes facias mihi plures.'
'Quid de morte mea curas' ait ille 'tyranne?

---

866 lachrimasque T | cieb//t (a *eras. pr. corr.*) A ciebis *γ* 867 retrudit D 869 est de te b 870 En ceus A En citius D 872 Heu mi B *Biester* | chare T | quid matri Bb 873 chare T 874 raptae A rapte CTb *t.Meril.* rapta DB *at* spe rapta D | Cui nec grata ex spe pueri ludicra dedisti *Biester* 875 iam D 876 lachrimis T | lacrimis gremium (.b. .a. *ss. pr.*) A | consparsit *α* conspersit *ceteri* 876 *s.* Sic ait et gemitum l. cōpressit o. Magnis atque uale longum sing. edit D 877 famose A 878 Wltarius A | alonge B 879 Adtendit DB 881 iuu. clarissime *γ* 884 Eroum A 886 tiranne D

Est modo pugnandum tibimet, non sermocinandum.'
Dixit et in uerbo nodosam destinat hastam,
Cuspide quam propria diuertens transtulit heros,
Quae subuecta choris ac uiribus acta furentis
In castrum uenit atque pedes stetit ante puellae.
Ipsa metu perculsa sonum prompsit muliebrem.
At postquam tenuis redit in praecordia uirtus,
Paulum suspiciens spectat, num uiueret heros.
  Tum quoque uir fortis Francum discedere bello
Iussit. at ille furens gladium nudauit et ipsum
Incurrens petiit uulnusque a uertice librat.
Alpharides parmam demum concusserat aptam
Et spumantis apri frendens de more tacebat.
Ille ferire uolens se pronior omnis ad ictum
Exposuit, sed Waltharius sub tegmine flexus
Delituit corpusque suum contraxit et ecce
Uulnere delusus iuuenis recidebat ineptus.
Finis erat, nisi quod genibus tellure refixis
Belliger accubuit calibemque sub orbe cauebat.
Hic dum consurgit, pariter se subrigit ille
Ac citius scutum trepidus sibi praetulit atque

---

889 proprio B 890 subiecta D | choris αBT totis D coris *recte Molter intellexit, pro aciebus positum putabat Fischer conl. Vergil. A. V 581.* 892 percussa D | promsit A 893 At] Et T uirtus] sanguis Bb 894 Paulo D 895 Tum ω Tunc *Fischer* | discedere ADBT decedere C (*quod uu. 340 942 958 est in ω*) 899 mor//e A 900 adictum B 903 iuuenem decepit ineptum. D 805 occubuit *Merilius* | galeęq; (*antiq. m. ss.* calibemq;) D | cañebat (*antiq. corr. m.*) D acuebat *Molter* 906 Hic tum D | pariterque se T | ipse B 907 trepide C

Frustra certamen renouare parabat. at illum
Alpharides fixa gladio petit ocius hasta
910 Et mediam clipei dempsit uasto impete partem
Amatam resecans loricam atque ilia nudans.
Labitur infelix Pataurid sua uiscera cernens
Siluestrique ferae corpus, animam dedit Orco.
914 Hunc sese ulturum spondens Gerwitus adiuit,
940 Hic in Wormatiae campis comes extitit ante.
915 Qui forti subuectus equo suprauolat omnem
Stragem quae angustam concluserat obuia callem.
Et dum bellipotens resecaret colla iacentis,
Uenit et ancipitem uibrauit in ora bipennem.
Istius ergo modi Francis tunc arma fuere.
920 Uir celer obiecit peltam frustrauit et ictum
Ac retro saliens hastam rapiebat amicam
Sanguineumque ulua uiridi demerserat ensem.
Hic uero metuenda uirum tum bella uideres.
Sermo quidem nullus fuit inter martia tela:
925 Sic erat aduerso mens horum intenta duello.

---

908 Fustra C | reuocare B | parabat auillum A 910 depresserat impetu partem. D 911 Amatam A Armatam C Armaticam D Hamatam BT 912 pataurid *α*B patafrid T paterih D 913 Siluanisque feris D | ōco (*pr. corr.*) C 914 geruuitus *α*T geruuidus D geruuintus B Gerwicus *IGrimm.* | *post h. u. conlocaui u.* 940 | Hē in C Idem worm. *γ* | ētitit (*pr. corr.*) C 915 subuectus forti (.b. .a. *ss. pr.*) A | fortis C | supra uolat B supereuolat D 916 angustum D 917 recidisset colla *γ* 918 bibennem D 920 beltam D 922 dim̃serat A *unde ego* demerserat; dimiserat *ceteri* 923 hîc C Sic A | uere D | *marg. antiqua m. add.* si fuisses D | uirū (*ss. antiq. m.* orum | D 924 inter inercia A | bella D

Is furit, ut caesos mundet uindicta sodales,
Ille studet uitam toto defendere nisu
Et, si fors dederit, palmam retinere triumphi.
Hic ferit, ille cauet, petit ille, reflectitur iste:
Ad studium fors et uirtus miscentur in unum.
Longa tamen cuspes breuiori depulit hostem
Armatum telo, girat sed et ille cauallo
Atque fatigatum cupiebat fallere homonem.
  Iam magis atque magis irarum mole grauatus
Waltharius clipeum Gerwiti sustulit imum
Transmissoque femur penetrauerat inguine ferrum.
Qui post terga ruens clamorem prodidit a*c*rum
Exitiumque dolens pulsabat calcibus aruum.
Hunc etiam truncum caesa ceruice reliquit.
  Tunc primum Franci ceperunt forte morari
Et magnis precibus dominum decedere pugna
Deposcunt. furit ille miser caecusque profatur:
'Quaeso uiri fortes et pectora saepe probata,
Ne fors haec cuicumque metum sed conferat iram.
Quid mihi, si Vosago sic sic inglorius ibo?

---

926 fodales D 929 refectitur A | petit iste flectitur ille *γ* 930 sors D 931 cuspes *α* cuspis *ceteri* 932 caballo D caballum BT 935 geruuiti *α*T geruuidi D keruuiti Bb Gerwici *IGrimm* | unum C vnum T uncum *Biester* 936 Transmissumque citum p. inguina f. D | Transmissumque *praeter* D *etiam* C | penetrauit T 937 protulit D | atrum *ω ego* acrum *cf. 1125* acrum bellare 938 Exiuitque *γ* 939 Tunc B | reliquid A 940 *post* 914 *transposui* 941 Tunc AD Tum CB Cum T | fortiter morari A 944 *deest in* C | ůiri D | p̊ectora D 945 cuiq; B¹D¹ cū *pr. ss.* B cuiq̈; *rec. corr.* D

Mentem quisque meam sibi uindicet. en ego partus
Ante mori sum, Wormatiam quam talibus actis
Ingrediar. petat hic patriam sine sanguine uictor?
Hactenus arsistis hominem spoliare metallis,
Nunc ardete uiri fusum mundare cruorem,
Ut mors abstergat mortem, sanguis quoque sanguem
Soleturque necem sociorum plaga necantis.'
His animum dictis demens incendit et omnes
Fecerat immemores uitae simul atque salutis.
Ac uelut in ludis alium praecurrere quisque
Ad mortem studuit, sed semita, ut antea dixi,
Cogebat binos bello decedere solos.
Uir tamen illustris dum cunctari uidet illos,
Uertice distractas suspendit in arbore cristas
Et uentum captans sudorem tersit anhelus.
Ecce repentino Randolf athleta cauallo
Praeuertens reliquos hunc inportunus adiuit
Ac mox ferrato petiit sub pectore conto.

---

946 uuasago D | si sic D 947 quisque] q; *supra addito* s C | uendicet CDBT | e ///////////// paratus (nego *erasum uidetur, uestigium* g *litterae infra cernitur*) D ecce paratus *Molter* pactus *uel* promptus *Merilius,* certus *IGrimm p. 68* 948 uormatiam B 949 sanguine fuso D | *interrogandi notam posuit Fischer, sustulit Merilius.* 950 Actenus D 952 Et mors B | abstẽgat C | sanguen *Merilius* 954 animum *ω* alium *Fischer* 955 inmemores B inmores (me *ss.*) D 956 ueluti in D uelud in T 957 antea] aña C 958 decedere *α* deducere D decernere *γ* 959 tamen] tn̄ *ss.* C | uidit D 962 rantolf I Randolt *FLinnig secundum ea quae IGrimm dixerat p. 117* | caballo C[2]DBT 963 Preueniens D | inport. CD 964 Ac mox *ω* Et *Fischer* | contro C

Et nisi duratis welandia fabrica giris
Obstaret, spisso penetrauer*at* ilia ligno.
  Ille tamen subito stupefactus corda pauore
Munimen clipei obiecit mentemque recepit:
Nec tamen et galeam fuerat sumpsisse facultas.
Francus at emissa gladium nudauerat hasta
Et feriens binos Aquitani uertice crines
Abrasit, sed forte cutem praestringere summam
Non licuit rursumque alium uibrauerat ictum
Et praeceps animi directo obstamine scuti
Inpegit calibem nec quiuit uiribus ullis
Elicere. Alpharides retro se fulminis instar
Excutiens Francum ualida ui fudit ad aruum
Et super assistens pectus conculcat et inquit:
'En pro caluitio capitis te uertice fraudo,
Ne fiat ista tuae de me iactantia sponsae.'
Uix haec effatus truncauit colla precantis.
  Et nonus pugnae Heimnod successit et ipse
Insertum triplici gestabat fune tridentem,
Quem post terga quidem socii stantes tenuerunt.

---

965 uuelandia *α*D uuielandia Bb walandia T 966 Obsisteret D | penetrauerit *ω scripsi* penetrauerat 967 corde DB[1]I 968 Munim̄en D 969 fuerat *om.* D 972 p̄stingere A p̄stġere C 973 cursuque B | rursumque aliumque A 975 Inpegit A | chalibem B | neq; D | ullum C 976 Elicere alpharides. retrorsum f. i. D Alphârides Elîcere C 977 fundit D | in aruum I 978 adsistens B 980 fuat b 981 effatus haec *γ* | Vix hec ///// truncaū (*marg. al.* effatus) A 982 Et AD At CBT | nouus A | heimnod A helmnod CB helmon D helnal (*.i.* helnod *cf. 1008*) I helmod T | ipsi D 983 *deest* D | Infestum I 984 stantes socii C | monuerunt D

Consiliumque fuit, cuspes dum missa sederet
In clipeo, cuncti pariter traxisse studerent,
Ut uel sic hominem deiecissent furibundum:
Atque sub hac certum sibi spe posuere triumphum.
Nec mora, dux totas fundens in brachia uires
Misit in aduersum magna cum uoce tridentem
Edicens: 'ferro tibi finis calue sub isto!'
Qui uentos penetrans iaculorum more coruscat:
Quod genus aspidis ex alta sese arbore tanto
Turbine dimittit, quo cuncta obstantia uincat.
Quid moror? umbonem scidit *in* peltaque resedit.
Clamorem Franci tollunt saltusque resultat
Obnixique trahunt restim simul atque uicissim
Nec dubitat princeps tali se aptare labori.
Manarunt cunctis sudoris flumina membris.
Sed tamen haec inter uelut aescilus astitit heros
Quae non plus petit astra comis quam tartara fibris
Contempnens omnes uentorum immota fragores.

---

985 cuspis dum A dum cuspis *ceteri* *at* cuspes *α* cusspis D 988 triumpum A 989 tota I 990 *deest* D 991 Est. dixit D | finis tibi C | o calue D 992 Quod u. penetrat D | coruscas *α* choruscat BT coruscans D 993 Quod genus *ω* Ut g. *IGrimm* 994 dimittit AD demit/// it (*ex* demittunt) C demittit *γ* 995 scidit *α* (*at* n *al. ss.* C *unde* scindit *Fischer*) sciderat DI*γ* (sciserat b) scidit in peltaque *scripsi* | petraque D | resultat C 995 996 *uerba* resedit — saltusque *desunt* A 996 *deest* I | resultant C resultat *ceteri* 997 restem T 998 labore I 999 menbris DB 1000 hic *α*T haec DBb *t.Meril.* hos I | intra AT inter CDBb *t.Mer.* I | escilus *α* (a)esculus DBT 1001 fibris] sibis A 1002 Contemnens T | inmota D

Certabant hostes hortabanturque uiritim,
Ut si non quirent ipsum detrudere ad aruum,
Munimen clipei saltem extorquere studerent,
Quo dempto facile uiuus caperetur ab ipsis.
  Nomina quae restant edicam iamque trahentum:
Nonus Eleuter erat Heimnod cognomine dictus.
Argentina quidem decimum dant oppida Trogunt,
Extulit undecimum pollens urbs Spira Tanastum
Absque Haganone locum suppleuit rex duodenum.
Quatuor hi aduersum summis conatibus unum
Contendunt pariter multo uarioque tumultu.
  Interea Alpharidi uanus labor incutit iram.
Et qui iam pridem nudarat casside frontem
In framea tunicaque simul confisus aena
Omisit parmam primumque inuasit Eleutrim.
Huic galeam findens cerebrum diffudit et ipsam
Ceruicem resecans pectus patefecit, at aegrum

1003 uicissim D 1004 Et si B 1005 saltim DT 1006 facile uiuus *scripsi,* uiuus facile ω 1007 *post* edicam *Fischer, ego post* trahentum *distinxi* | N. quae restim e. iam forte trahebant D 1008 No^{n}' C | eleuter α eleuthir DTb heleutir B | heimnod A helmnod CB helnold D helnod I helmod T 1009 opida C | trogunt α trogum *ceteri* 1010 pollens & spira D 1011 suppleuit rex α rex suppleuit DγI 1012 Quattuor B | hij AT 1014 Int$\overset{sc}{a}$ A In$\dot{t}$a C | alpharides (es *del.* i *ss.*) A 1015 Et qui iam ω (*solus* b *t.Merilio* Et quia) qui quia iam *Fischer* | nudarat ADγ (naidarat b) nudauit C 1016 q' *ss. pr.* A | ēna *pr. corr.* A enea D ahena T 1017 eleutrim A eleutrī C eleutrin I eleuthrin BT eleutrhin b eleuthin D Eleutrum *Molter* 1018 Hin B Hinc T | et ipsum T 1019 ceruicemq; secans D | ac D

Cor pulsans animam mox liquerat atque calorem.
Inde petit Trogunt haerentem in fune nefando.
Qui subito attonitus recidentis morte sodalis
Horribilique hostis conspectu coeperat acrem
Nequiquam fugare fugam uoluitque relicta
Arma recolligere, ut rursum repararet agonem.
Nam cuncti funem tracturi deposuerunt
Hastas cum clipeis. sed quanto maximus heros
Fortior extiterat, tanto fuit ocior olli
Et cursu capto suras mucrone recidit
Ac sic tardatum praeuenit et abstulit ejus
Scutum. sed Trogunt quamuis de uulnere laesus
Mente tamen feruens saxum circumspicit ingens,
Quod rapiens subito obnixum contorsit in hostem
Et proprium a summo clipeum fidit usque deorsum,
Sed retinet scissum pellis superaddita lignum.
Moxque genu posito uiridem uacuauerat ensem
Atque ardens animis uibratu terruit auras
Et si non quiuit uirtutem ostendere factis,
Corde tamen habitum patefecit et ore uirilem.

1020 mox liquerat A liquerat mox C liquit mox DBT 1021 trogunt A t̊gd'nt C trogum *ceteri* | sub fune B fune (in *uel* sub *om.*) D 1024 Nequiquam DB Nequaquam T Ne quicquam A Nec quicquam A | tētare A 1025 hagonem b 1027 Hastam D 1028 illis D ollis I illo *uel* ollis *Biester* 1029 rescidit T 1030 Ac si B | praeuenit *bis scriptum erat: alterum erasum* B 1031 Trogus *ω at cf. 1009 et 1021* | lesus *α*D lassus BT 1034 proprium summo (a *om.*) A 1035 scissum A fractum *ceteri* 1036 ensem A aedem CBT uluam D 1037 uibratū C uibratvs (v *rec. m.*) D uibrauit I 1039 tamen] tñ C

Nec manes ridere uidens audaciter infit:
'O mihi si clipeus uel si modo adesset amicus!
Fors tibi uictoriam de me, non inclita uirtus
Contulit. ad scutum mucronem tollito nostrum!'
Tum quoque subridens: 'uenio iam', dixerat heros
Et cursu aduolitans dextram ferientis ademit.
Sed cum athleta ictum libraret ab aure secundum
Pergentique animae ualuas aperire studeret,
Ecce Tanastus adest telis cum rege resumptis
Et socium obiecta protexit uulnere pelta.
Hinc indignatus iram conuertit ad ipsum
Waltharius humerumque eius de cardine uellit,
Perque latus ducto suffudit uiscera ferro.
Salue! procumbens submurmurat ore Tanastus.
Quo recidente preces contempsit promere Trogu*nt*
Conuiciisque sui uictorem incendit amaris,
Seu uirtute animi, seu desperauerat. Exin
Alpharides: 'morere' inquit 'et haec sub tartara transfer

1040 Manes (Nec *om.*) D manens I Nec minus hunc *Biester* | sidere (sid *in ras. pr. ni f. sed alio atramento*) B ride uides A | inquit B 1041 uel sic T 1043 m. hic tollito Dlb m. hunc t. T 1046 atleta *α* 1047 Vergentique B 1048 thanastus A tanastus *ceteri* | telis *ss. pr.* C 1049 belta D 1050 in ipsum *γ*I 1053 Salue A Aue CI*γ* (Awe T) Ahah D Salua *IGrimm coniecit. conquestionis exclamationem desiderat San-Marte: in animo habuit ni fallor barbaricum illud* auwê mir wê *ex Ekkehardi casibus p. 98, 40. 46.* Alte *Fischer* | thanastus A tanastus *ceteri* 1054 trogus *ω* 1055 Conuictusque I | *inter* incendit *et* armis (*sic*) *macula quae absumpsit sine dubio* et *uocem* B 1056 animi] aī A | despirauerat I 1057 inquid C | et luci sub (*at* luci *al. effectum, prima* hęc *uidetur scripsisse*) B | et hos *Biester* | tranfer D

Enarrans sociis, quod tu sis ultus eosdem.'
His dictis torquem collo circumdedit aureum.
Ecce simul caesi uoluuntur puluere amici
Crebris foedatum ferientes calcibus aruum.
His rex infelix uisis suspirat et omni
Aufugiens studio falerati terga caualli
Scandit et ad maestum citius Haganona uolauit
Omnimodisque illum precibus flexisse sategit,
Ut secum pergens pugnam repararet. At ille:
'Me genus infandum prohibet bellare parentum
Et gelidus sanguis mentem mihi dempsit in armis.
Tabescebat enim genitor, dum tela uideret
Et timidus multis renuebat proelia uerbis:
Haec dum iactasses rex inter te comitantes,
Extitit indignum nostri tibi quippe iuuamen.'
Ille recusanti precibus nihilominus instans
Talibus auersum satagit reuocare loquelis
*Obs*ecro per superos, conceptum pone furorem.
Iram de nostra contractam decute culpa,
Quam uita comitante, domum si uenero tecum,
Inpensis tibimet benefactis diluo multis.

1058 Enarr/a (r *ex* n) D 1059 *deest* T 1060 uuoluuntur B 1061 ferientis B 1062 et *pr. ss.* T 1063 Effugiens I | phalerati B | caballi DBT 1065 que *om.* I 1068 mihi ademit *γ* | in aruis I inerti T 1070 tnmidus I | rennuebat DT 1071 inter se I 1073 recusanti (i *ex* em *rasura*) D | nichilominus C 1075 Deprecor ADBT Te rogo C | per superos *α* ob sup. D*γ*I | *scripsi* Obsecro per s. *ut est 1252.* 1078 Inpenss (i *ss. pr.*) C Inpensis D | deluo b

Nonne pudet sociis tot cognatisque peremptis
Dissimulare uirum? magis, ut mihi quippe uidetur,
Uerba ualent animum quam facta nefanda mouere.
Iustius in saeuum tumuisses mente tyrannum
Qui solus hodie caput infamauerat orbis.
Non modicum patimur dampnum de caede uirorum,
Dedecus *a* tantum superabit Francia numquam.
Antea quis fuimus subiecti, sibila dantes:
"Francorum" dicent „exercitus omnis ab uno,
Proh pudor ignotum uel quo, est inpune necatus!"
  Cunctabatur adhuc Haganon et pectore sponsam
Walthario plerumque fidem uoluebat et ipsum
Euentum gestae recolebat in ordine causae.
Supplicius tamen infelix rex institit illi.
Cuius subnixe rogitantis acumine motus
Erubuit, domini uultum replicabat honore
Uirtutis propriae qui fors uilesceret inde,
Si quocumque modo in rebus sibi parceret istis.
Erupit tandem et clara sic uoce respondit:

1079 peremptis] propinquis B   1080 magis] minus *Merilius* 1083 capud *α*   1084 damnum DT | damnum patimur T   1085 at *ω* *ego* a *uel* ac | tam̄ A   1086 Añā C | quis DBT quīs *α* qui fuerant I | subiecti *α*I suspecte B suspecti bT praelati D   1088 Pro DB Proch T | ignoto nunc est i. n. D uel quod impune negatur I ignoto uelut est i. n. *Molter* | inpune *α*D   1089 Cunctatur sed adhuc hagano etiam p. s. D | adhoc I   1090 Walthariì D | pl'ūq; C   1091 Euento I 1092 Suppliciis (cationibus *ss. pr.*) D Suppliciter I | institit; illi *dist. Merilius* | illę (*pr. corr.*) C   1094 Erubuit domini uultum, r. honorem *IGrimm dist.* | honore *α* honorem DBT   1095 forte T   1096 sibi *ss.* A   1097 Eripuit C Erubuit I *Biester* | uoce refutat B

'Quo me domne uocas? quo te sequar inclite princeps?
Quae nequeunt fieri, spondet fiducia cordi:
Quis tam desipiens quandoque fuisse probatur,
Qui saltu baratrum sponte attemptarit apertum?
Nam scio Waltharium per campos sic fore acerbum,
Ut tali castro nec non statione locatus
Ingentem cuneum uelut unum tempnat homullum.
Et licet huc cunctos equites simul atque pedestres
Francia misisset, sic his ceu fecerat istis.
Sed quia conspicio te plus doluisse pudore
Quam caedis dampno nec sic discedere uelle,
Conpatior propriusque dolor succumbit honori
Regis: et ecce uiam conor reperire salutis,
Quae tamen aut numquam ostendet se siue coacte.
Nam propter carum fateor tibi domne nepotem
Promissam fidei normam corrumpere nollem.
Ecce in non dubium pro te rex ibo periclum,
Ast hic me penitus conflictu cedere noris.
Secedamus eique locum praestemus eundi
Et positi in speculis tondamus prata cauallis,

1098 dñe A đomne C 1099 sponde A | cordis CD 1101 Altum quis baratrum I | adtemptarit D 1102 uual^r^tum A Wal'trm C 1104 uelud T | temnat T temptet D temptat BI 1106 sic-hic I 1108 dampno *α*B damno DT 1109 Conpatior A | proprius dolor et succ. D | succumbat B 1111 nusquam *γ* | ostendit DBT ostendere I | coactę CB 1114 Ecce non est dubium D 1115 hic AD*γ*I hi^n^c *pr. corr.* C | me] non D | conflictũ C conflictum I | credere I caedere B 1116 Se//cedamus (d *eraso*) B Discedamus D 1117 caballis DBT

Donec iam castrum securus deserat artum
Nos abiisse ratus. ubi campos calcet apertos,
Insurgamus et attonitum post terga sequamur:
Sic aliquid uirtutis opus temptare ualemus.
Haec mihi in ambiguis spes est certissima rebus.
Tum bellare potes, belli rex si tibi mens est:
Quippe fugam nobis numquam dabit ille duobus,
At nos aut fugere aut acrum bellare necesse est.'
Laudat consilium satrapa et complectitur illum
Oscilloque uirum demulcet. Et ecce recedunt
Insidiisque locum circumspexere sat aptum
Demissique ligant animalia gramine laeto.
Interea occiduas uergebat Phoebus in oras
Ultima per notam signans uestigia Thilen
Et cum Scotigenis post terga reliquit Hiberos.
Hic postquam oceanas sensim calefecerat undas
Hespera et ausoniis obuertit cornua terris,
Tum secum sapiens coepit tractare satelles,
Utrum sub tuto per uasta silentia castro
Sisteret, an uastis heremi committeret aruis.

1119 Nos et abisse D | ubi] dum D | ubi campos A campos ubi *ceteri* 1121 aliquod DBT 1123 Tum pugnare γ | si rex tibi BT tibi si rex b 1125 Aut nos aufugere aut T | acre D acres *Molter* 1126 satrape D 1127 O. u. mulcens hortatur ad ipsum B 1129 Demissique αDB Dimissique T Demissisque I 1130 horas A 1131 tilen BT tylen b 1132 scottigenis DBT | yberos T 1133 Hi A | occeanas AT 1134 Hesperos γ (Hesperus B) | et *om.* BT | ausonidis DγI 1136 sub tuto BT subtuto *ceteri* | per densa sil. DγI 1137 heremi se mitteret T | committere b

Aestuat immensis curarum fluctibus et quid
Iam faceret, sollers arguta indagine quaerit.
Solus enim Hagano fuerat suspectus et illud
Oscillum regis subter complexibus actum.
Ambigerat prorsus, quae sit sententia menti
Hostis et an uellent urbem remeare relictam,
Pluribus ut sociis per noctem forte coactis
Primo mane parent bellum renouare nefandum
An soli insidias facerent propiusque laterent?
Terret ad haec triuiis ignoti silua meatus,
Ne loca fortassis incurreret aspera spinis,
Immo quippe feris, sponsamque amitteret illis.
His ita prouisis exploratisque profatur:
'En quocumque modo res pergant, hic recubabo,
Donec circuiens lumen spera reddat amatum:
Ne patriae fines dicat rex ille superbus
Euasisse fuga furis de more per umbras.'
Dixit et ecce uiam uallo praemuniit artam
Undique praecisis spinis simul et paliuris.

1138 inmensis DBT   1139 solers T   1140 Plus etenim T | suspensus I   1142 Ambigerat αD (*ab* ambigero?) Ambierat γI | quae] q̄ C   1143 an urbem uellent ω an uellent urbem *scripsi* 1145 bellum parent D | recreare γ   1146 solum B   1147 adhec D 1148 Hec loca T Nec l. b Ac l. I | siluis I   1149 Caram q. f. sponsam dimitteret i. D | illis *om.* I   1150 pro//uisis (u *eraso*) A 1151 En] In *Fischer* Iam *Biesler*   1151 respergant B res uergant D | hic C | recuba//// B   1152 spera ω (*ex* sperae *rasura ni f.* T) | reddit CI | amic/um (t *eras.*) B amenum D   1153 patrie ad fines D | ipse I   1155 arto D   1156 palinuris I

Quo facto ad truncos sese conuertit amaro
Cum genitu et cuicumque suum caput applicat atque
Contra orientalem prostratus corpore partem
*H*ac ensem nudum retinens cum uoce precatur:
'Rerum factori, sed et omnia facta regenti,
Nil sine permissu cuius uel denique iussu
Constat, ago grates qui me defendit iniquis
Hostilis turmae telis nec non quoque probris.
Deprecor at dominum contrita mente benignum,
Ut qui peccantes non uult sed perdere culpas,
Hos in caelesti praestet mihi sede uideri.'
  Qui postquam orandi finem dedit, ilico surgens
Sex girauit equos et uirgis rite retortis

1157 se se B semet D | amaros C 1158 circūq, (ir *ipsis litteris, non per conpendium*) A cuiq. (eū ss.) (cū *pr. ss.*) B quicunque b cuicumque *ceteri, atque* et *ω ni f. Hoc tamen omisso Biester intellegit „caput suum applicat ad (circum) truncum aliquem“, rectius Io. C. Orellius: „per truncos“ ait „poeta intellegit cadauera decem heroum a Walthario interfectorum capitibus truncata: his igitur... capita illa desecta rursus cum applicauisset, tum demum grates agit deo... Legendum igitur:* cum gemitu cuicunque suum caput applicat: — *cuicunque autem pro cuique non offendet in poeta qui aliquotiens equitem usurpat pro equo“ etc.* | capud *α* 1160 Ac ensem nudum retinens A Ac nudum retinens ensem *ceteri* Hac — cum *scripsi*: *nisi forte praestat* Sic — hac | hac uoce AT sic uoce B hac sic uoce I hac cum uoce CD 1161 Verum factoris et o. f. regentis I 1162 permisso DB | iusso Bb 1163 agô C | qui A quod me DBT *idem* C *at per conpendium ab eo quod* qui *significat non ualde diuersum* 1164 nec non quoque rite probatis I 1165 at] ad CB | contrata B 1167 uidere DT 1168 illico T 1169 Exgyrauit I

Uinxit: hi tantum remanebant, nempe duobus
Per tela absumptis ternos rex Gunthere abegit.
His ita compositis procinctum soluit et alte
Ingenti fumans leuiabat pondere corpus.
Tum maestam laeto solans affamine sponsam
Moxque cibum capiens aegros recreauerat artus,
Oppido enim lassus fuerat, clipeoque recumbens
Primi custodem somni iubet esse puellam,
Ipse matutinam disponens tollere curam
Quae fuerat suspecta magis, tandemque quieuit.
Ad cuius caput illa sedens solito uigilauit
Et dormitantes cantu patefecit ocellos.
Ast ubi uir primum iam expergiscendo soporem
Ruperat, absque mora surgens dormire puellam
Iussit et arrecta se fulciit impiger hasta.
Sic reliquum noctis duxit, modo quippe caballos
Circuit, interdum auscultans uallo propiauit
Exoptans orbi species ac lumina reddi.
Lucifer interea praeco scandebat Olympo
Lucens: Taprobane clarum uidet insula solem.

1170 Vinciit αBT Vinxit D (*ut supra* 209 reuinxit) | hij AT equi D hi *ceteri* ei *uel* tot *legendum uidetur* 1171 ternos ω trinos *Fischer* | assumptis T | gunthere CD cundhere B gunter (h *pr. ss.*) A gunthar/ (e *eraso*) T 1173 leuabat I 1174 laeto reuocans D 1176 *cf. 220* Lassus enim fuerat | Opido D | nam I 1178 disponit D 1180 capud α | ipsa D | uigilabat B 1184 arrepta BT | fulcit D 1185 caballos ADBT cauallos C 1186 oscultans b 1187 orbis I | culmina I 1189 Dicens γ | *post* Lucens *distinxi*, *post* Olympo *Fischer* | thaprobâne A thaprobane C taprobane T zaprobane I aprobane B probane D | cl////ïuid& D

Hora fuit gelidus qua terram irrorat eous.
Aggreditur iuuenis caesos spoliarier armis
Armorumque habitu tunicas et cetera linquens:
Armillas tantum cum bullis, baltea et enses,
Loricas quoque cum galeis detraxerat ollis.
Quatuor his onerauit equos sponsamque uocatam
Inposuit quinto, sextum conscenderat ipse
Et primus uallo perrexerat ipse reuulso.
At dum constricti penetratur semita callis,
Circumquaque oculis explorans omnia puris
Auribus arrectis uentos captauit et auras,
Si uel mussantes sentiret uel gradientes
Siue superborum crepitantia frena uirorum,
Seu saltim ferrata sonum daret ungula equorum.
  Postquam cuncta silere uidet, praeuertit onustas
Quadrupedes, mulierem etiam praecedere iussit.
Scrinia gestantem comprendens ipse cauallum
Audet inire uiam consueto cinctus amictu.
Mille fere passus transcendit et ecce puella —
Sexus enim fragilis animo trepidare coegit —

1190 inrorat BI irrora b 1191 spol. omnes I 1192 que *om.* I 1193 balthea DT | & heriles D 1194 quoque *ss. pr.* C 1195 Quattuor B 1196 Inposuit CD 1197 perrexit ipse T 1198 Et D | penetratur] p̄tr̃ C 1199 Circumque (qua *pr. ss.*) B 1201 Mussantes pariter sentiret u. g. D 1203 saltim *α* saltem *ceteri* | solum A 1204 preuortit T | onustas *α*T honustas B onustos D 1205 Etiam] & *non superaddita lineola* A 1206 ↄp̄hendens C | caballum DBT 1207 fugam (l'uiam *pr. ss.*) B | consuetū (*pr. corr.*) A | amicto C 1208 puella/// (m *eraso*) B PVELLA D 1209 c°git (*pr. corr.*) C coepit *Biester*

Respiciens post terga uidet descendere binos
Quodam colle uiros raptim et sine more meantes
Exanguisque uirum compellat uoce sequentem:
'Dilatus iam finis adest: fuge domne, propinquant!'
Qui mox conuersus uisos cognouit et inquit:
'Incassum multos mea dextera fuderat hostes,
Si modo supremis laus desit, dedecus assit.
Est satius pulcram per uulnera quaerere mortem
Quam solum amissis palando euadere rebus.
Uerum non adeo sunt desperanda salutis
Commoda cernenti quondam maiora pericla.
Aurum gestantis tute accipe lora leonis
Et citius pergens luco succede propinquo.
Ast ego in ascensu montis subsidere malo
Euentum operiens aduentantesque salutans.'
Obsequitur dictis uirguncula clara iubentis.
Ille celer scutum collegit et excutit hastam
Ignoti mores equitis temptando sub armis.
  Hunc rex incursans comitante satellite demens
Eminus affatu compellat ualde superbo:

1210 uidet] uiros D 1211 uiros] uidet D | mora T | more furentes meantes (*utrumque pr. m., prius uocabulum lineola subducta deletum.*) B 1212 Exanguemque A Exsanguisque CD Exanguisque BT | conpellat D 1213 Heu tuus iam T | propinquat A 1214 conuesus T 1216 Si nunc in fine laus desit d. a. D | suppremis *α* | adsit BI 1217 pulcram AD pulchram *ceteri* | quaerere *marg. pr. add.* C 1218 paland/ (o *eraso?*) B balando D 1220 pericli C 1221 accipit I 1223 accessu I | subsidere A 1224 Euentumque A | operiens *α*DT opperiens B 1225 *deest* A 1228 Tunc DT[1]

'Hostis atrox nisu deluderis! ecce latebrae
Protenus absistunt, ex quis de more liciscae
Dentibus infrendens rabidis latrare solebas.
En in propatulo si vis confligito campo
Experiens, finis si fors queat aequiperari
Principio. scio fortunam mercede vocasti
Iccircoque fugam tempnis seu deditionem.'
  Alpharides contra regi non reddidit ulla,
Sed velut hinc surdus alio convertitur aiens:
'Ad te sermo mihi Hagano, subsiste parumper.
Quid rogo tam fidum subito mutauit amicum,
Ut, discessurus nuper uix posse reuelli
Qui nostris uisus fuerat complexibus ultro,
Nullis nempe malis laesus nos appetat armis?
Sperabam fateor de te, sed denique fallor.
Quod si de exilio redeuntem nosse ualeres,
Ipse salutatum mihimet mox obuius ires
Et licet inuitum hospitii requiete foueres
Pacificeque in regna patris deducere uelles.
Sollicitusque fui, quorsum tua munera ferrem:

1230 deludis T deludens (*sed utrum* n *an* ri *dubium, cf. 1264*) C 1231 Protenus *α* Protinus *ceteri* | ex] et D | quîs C qui D queis *Fischer* | Undique defensus fragilis de more liciscae I 1232 Sentibus I | rapidis B rabidi D | solebat I 1233 Ex in I Exin *Merilius* | siuis] mecum D 1234 equipari A (a)equiperari DB equiparari CT 1236 Iccircoq, A | diminutione b 1238 uelud T | aliô A alias D 1241 Et D | reuerti A 1242 usus D ⌈fuerat (t *ex* s *pr.*) B | conspectibus B 1243 Nullis (i *ex* u *pr.*) T | quippe T 1246 michimet A 1247 requie refoueres D 1248 Pacificumque D

Namque per ignotas dixi pergens regiones:
"Francorum uereor Haganone superstite nullum.
Obsecro per ludos resipiscito iam pueriles,
Unanimes quibus assueti fuimusque periti
Et quorum cultu primos attriuimus annos.
Inclita quonam migrauit concordia nobis
Semper in hoste domique manens nec scandala noscens?
Quippe tui facies patris obliuiscier egit,
Tecum degenti mihi patria uiluit ampla.
Numquid mente fidem abradis saepissime pactam?
Deprecor hoc abscide nefas neu bella lacessas
Sitque inconuulsum nobis per tempora foedus.
Quod si consentis, iam nunc ditatus abibis
Eulogiis, rutilo umbonem complebo metallo.'
Contra quae Hagano uultu haec affamina toruo
Edidit atque iram sic insinuauit apertam:
1266a ['Ne nos incuses, mihi uim quia tu prior infers.]
'Uim prius exerces Walthari postque sopharis.
Tute fidem abscideras, cum memet adesse uideres
Et tot strauisses socios immoque propinquos:

1252 resipicito C 1254 attriuerat *γ* 1255 Inolita T | quondam T | migrauit quonam *Merilius* | cordia (c̄ *ss. pr.*) D 1256 manens nunc scandalizatur T 1258 patria mihi T 1260 abcide D abscinde T *Molter* | lacesses DT 1261 Atque T 1262 iam tum B 1263 Elogiis D | metallu (*lineola super* u *erasa*) A 1264 que AT q C quae hęc (*altero* haec *non omisso*) B quē D quod *Fischer* | hoc (*pr. corr.*) A | affamiria C (*cf. 1230*) effamina T 1266ª *uno libro* D *traditur, nec tamen ibi desideratur u. 1266* Vim prius *etc.* 1266 Waltâri C o Walthare *Merilius*

Excusare nequis, quin me tunc affore nosses.
Cuius si facies latuit, tamen arma uidebas
Nota satis habituque uirum rescire ualeres.
Cetera fors tulerim, si uel dolor unus abesset:
Unice enim carum rutilum blandum pretiosum
Carpsisti florem mucronis falce tenellum.
Haec res est pactum qua irritasti prior almum
Iccircoque gazam cupio pro foedere nullam.
Sitne tibi soli uirtus uolo discere in armis,
Deque tuis manibus caedem perquiro nepotis.
En aut oppeto siue aliquid memorabile faxo.'
   Dixit et a tergo saltu se iecit equino,
Hoc et Guntharius nec segnior egerat heros
Waltharius, cuncti pedites bellare parati.
Stabat quisque ac uenturo se prouidus ictu
Praestruxit: trepidant sub peltis martia membra:
   Hora secunda fuit qua tres hi congrediuntur,
Aduersum solum conspirant arma duorum.
Primus maligenam collectis uiribus hastam
Direxit Hagano dirupta pace. sed illam

1270 tñ (*marg.* tam̃ r) A 1271 ualeres *α*D ualebas BT 1272 nisi uel d. u. adesset D 1273 Unicum D | charum T 1275 qua irrit.] quae destruxit B | qua] quia T 1276 Iccirco AB Idc. *ceteri* | que *om.* B | g͗azam A gabam *Molter* | cupio AB capio *ceteri* 1279 En aut succumbo aliquid m. f. (*alterum* aut *deest*) D | Enauit b (? *suspicor* Enaũ = En aut). 1281 Sic et T | segniȏ (*pr.* r *ss.*) T 1282 Waltr' C 1284 Praestrinxit B | menbra DB 1285 s̊da (*pr. corr.*) B | hi tres (b a *ss. pr.*) D 1286 Aduersum *α*D Aduersus BT 1287 maligenam *α* malignam D maligeram BT en aligeram *Merilius* 1288 disrupta *γ* | sed] s; A

Turbine terribilem tanto et stridore uolantem
Alpharides semet cernens tolerare nequire
Sollers obliqui delusit tegmine scuti:
Nam ueniens clipeo sic est ceu marmore laeui
Excussa et collem uehementer sauciat usque
Ad clauos infixa solo. Tunc pectore magno
Sed modica ui fraxineum hastile superbus
Iecit Guntharius, uolitans quod adhaesit in ima
Waltharii parma, quam mox dum concutit ipse,
Excidit ignauum ligni de uulnere ferrum.
Omine quo maesti confuso pectore Franci
Mox stringunt acies: dolor est conuersus ad iram
Et tecti clipeis Aquitanum inuadere certant.
Strennuus ille tamen ui cuspidis expulit illos
Atque incursantes uultu terrebat et armis.
Hic rex Guntharius coeptum meditatur ineptum,
Scilicet ut iactam subito terraeque relapsam
Ante pedes herois enim diuulsa iacebat —
Accedens tacite furtim sustolleret hastam.
Quandoquidem breuibus gladiorum denique telis
Armati nequeunt accedere cominus illi,

1291 Solers T | secuti b | delůsit A 1292 seu T | leni D 1295 fraxineumque A q; *al. ss.* C que *om. ceteri* 1297 Wal'trii A 1298 de ligni BT 1299 Omne T | turbato pectore T 1300 iram A iras CDBT 1301 Ac D | temptant (*at* temp *del.* cer *ss. pr.*) B 1302 Strenuus Bb | *u.* 1304 *claudit pagellam: sequentis pagellae primi sex uersus uacui* A 1305 Scl'. ut C Viderat ut *Biester* | subito] frustra BT | que *om.* D 1308 Quamquam breuibus A 1309 comminus B cominus *ceteri*

Qui iam porrectum torquebat cuspidis ictum.
Innuit ergo oculis uassum praecedere suadens
Cuius defensu causam supplere ualeret.
Nec mora, progreditur Haganon ac provocat hostem.
Rex quoque gemmatum vaginae condidit ensem
Expediens dextram furto tutum faciendo.
Sed quid plura? manum pronus transmisit in hastam
Et iam comprensam sensim subtraxerat ipsam
Fortunae maiora petens. sed maximus heros,
Utpote qui bello semper sat prouidus esset
Praeter et unius punctum cautissimus horae,
Hunc inclinari cernens persenserat actum
Nec tulit obstantem, sed mox Haganona reuellens,
Denique sublato qui diuertebat ab ictu,
Insilit et planta direptum hastile retentat
Ac regem furto captum sic increpitauit,
Ut iam perculso sub cuspide genua labarent:
Quem quoque continuo esurienti porgeret Orco,
Ni Hagano armipotens citius succurreret atque
Obiecto dominum scuto muniret et hosti

1310 iam D tam *ceteri* 1311 falsv̄ (v *in ras. pr.*) D 1312 subplere CT 1313 hagano D 1314 uagina D 1315 Extendens D | furtum D | tutum αD actutum B ac tutum T 1316 pronum A pronam C pronus DBT 1317 cōprehensam D | substraxerat B | illam BT 1320 horae punctum cautissimus b | Fretus et hunis per punctum c. h. D 1321 indignari D | absenserat B 1322 actum Nec tulit; obst. *dist. Merilius* 1322 hagano b 1323 iectu b 1324 Platta (*marg.* planta *antiq. m.*) A | receptat T 1326 genu labaret T 1327 porrigeret D ꝑorgeret (*marg. antiq. m.* porgeret) A 1329 clipeo T

Nudam aciem saevi mucronis in ora tulisset.
Sic dum Waltharius uulnus cauet, ille resurgit
Atque tremens trepidusque stetit uix morte reuersus.
Nec mora nec requies: bellum instauratur amarum,
Incurrunt hominem nunc ambo nuncque uicissim;
Et dum progresso se inpenderet acrius uni,
En de parte alia subit alter et impedit ictum:
Haud aliter numidus quam dum uenabitur ursus
Et canibus circumdatus astat et artubus horret
Et caput occultans submurmurat ac propiantes
Amplexans umbros miserum mutire coartat:
Tum rabidi circum latrant hinc inde molossi
Cominus ac dirae metuunt accedere beluae.
Taliter in nonam conflictus fluxerat horam
Atque triplex inerat cunctis maceratio leti:
Terror et ipse labor bellandi solis et ardor.
Interea herois coepit subrepere menti
Quiddam, qui tacito premit has sub corde loquelas:
'Si fortuna uiam non commutauerit, isti
Uana fatigatum memet per ludicra fallent.'

1331 Wal'tr' C 1332 stupidusque γ 1333 bellumque instaurat D 1335 progressu D | impenderent A inpenderet C 1337 Haut D hād (*al. corr.*) A | tumidus D | *cetera desiderantur in* C 1338 adstat B 1339 capud A 1340 umbros (os *rec. in ras.*) D | miseros T | muttire DB 1341 Tunc B | rapidi AB rabidi DT | circumlatrant B | molosi B 1342 Cominus AT Comminus DBb | C. atque fere m. a. dirę D 1343 horam ADBT undam *IGrimm ex* b 1344 Atque D et *ceteri* | cunctis inerat γ 1346 surrepere T surepere b | morti B 1347 qui// (d *eras.*) B 1348 commutauerat B | uiam iam non mutauerit isti T | istis D 1349 fallunt B

Ilico et elata Haganoni uoce profatur:
'O paliure uirens foliis, ut pungere possis,
Tu saltando iocans astu me ludere temptas,
Sed iam faxo, locum propius ne accedere tardes:
Ecce tuas scio praegrandes in corpore uires.
Me piget incassum tantos sufferre labores.
Dixit et exiliens contum contorsit in illum
Qui pergens onerat clipeum dirimitque aliquantum
Loricae ac magno modicum de corpore stringit:
Denique praecipuis procinctus fulserat armis.
At uir Waltharius missa cum cuspide currens
Euaginato regem inportunior ense
Inpetit et scuto dextra de parte reuulso
Ictum praeualidum ac mirandum fecit eique
Crus cum poblite ad usque femur decerpserat omne.
Ille super parmam ante pedes mox concidit huius.
Palluit exanguis domino recidente satelles.
Alpharides spatam tollens iterato cruentam
Ardebat lapso postremum infligere uulnus.

1350 Illico T Ilica B | elata ω data *IGrimm.* | haganon sic uoce B 1351 uirens A uires *ceteri* 1352 Et salt. D | *marg.* iacās *antiq. m.* A | astu ω artu *IGrimm.* 1354 tuas cito D | in corpore A ostendito Dγ 1356 in ipsum γ 1357 Qui pungens D 1358 stringt A strinxit B 1359 procinctus A praecinctus DBT *cf. 1172* 1360 uualterus A 1361 Euaginat*a* (a? u?) A | inport. A 1362 Inpetit A | scutum d. d. p. reuulsit D | depulso b 1363 fecit ac m. fecit eique (*prius* fecit *del.*) A | ac mir.] admirandum D 1364 poblite AT? poplite B pollite D | adusque BT 1365 palmam (r *ss. litterae* l *pr.*) B | pedes cadit. et miser huius D 1366 exsanguis D | recedente (*antiq. corr.*) B 1368 postremo D | infigere D

Inmemor at proprii Hagano uir forte doloris
Aeratum caput inclinans obiecit ad ictum.
Extensam cohibere manum non quiuerat heros,
Sed cassis fabrefacta diu meliusque peracta
Excipit assultum mox et scintillat in altum,
Cuius duritia stupefactus dissilit ensis
Proh dolor et crepitans partim micat aere et herbis.
Belliger ut frameae murcatae fragmina uidit,
Indigne tulit ac nimia furit efferus ira
Inpatiensque sui capulum sine pondere ferri,
Quamlibet eximio praestaret et arte metallo,
Protinus abiecit monimentaque tristia spreuit:
Qui dum forte manum iam enormiter exeruisset,
Abstulit hanc Hagano sat laetus uulnere prompto.
In medio iactus recidebat dextera fortis
Gentibus ac populis multis suspecta tyrannis,
Innumerabilibus quae fulserat ante trophaeis.
Sed uir praecipuus nec laeuis cedere gnarus,
Sana mente potens carnis superare dolores
Non desperauit neque uultus concidit eius,

1369 Inmemor AB | haganon B   1370 Eratum AD Elatum BT | capud A | inclinans///////// ad ictum (*rasurae pr. ss.* .i. obiecit) A   1372 cassissis b | fabricata (*marg. pr.* uel fabrefacta) B 1373 exscintillat D   1375 Procdolor D Prochdolor T Prodolor b | micat acer in herbis D   1376 murratę D | creuit T   1378 Inpat. A 1379 Ex nimio D | eximia — metallum *Merilius*   1380 Eminus abiecit T   1381 manum miser exeruisset inermem D | exercuisset T 1383 In medioque ictu rec. D   1386 leuis AB laeuis b seuis DT laeuus *IGrimm.*   1387 petens T | labores (*inde* dolores *effecit pr.*) A 1388 nec uultus D

Uerum uulnigeram clipeo insertauerat ulnam
Incolomique manu mox eripuit semispatam,
Qua dextrum cinxisse latus memorauimus illum,
Ilico uindictam capiens ex hoste seueram.
Nam feriens dextrum Haganoni effodit ocellum
Ac timpus resecans pariterque labella reuellens
Olli bis ternos discussit ab ore molares.
  Tali negotio dirimuntur proelia facto.
Quemque suum uulnus atque aeger anhelitus arma
Ponere persuasit. quisnam hinc immunis abiret,
Qua duo magnanimi heroes tam uiribus aequi
Quam feruore animi steterant in fulmine belli?
  Postquam finis adest, insignia quemque notabant,
Illic Guntharii pes regis, palma iacebat
Waltharii nec non tremulus Haganonis ocellus.
Sic sic armillas partiti sunt auarenses.
  Consedere duo, nam tertius ille iacebat,
Sanguinis undantem tergentis floribus amnem.

1389 Verum in u. clipeum mox posuit ulnam D 1390 Incolomique AD Incolumique BT | manu ferus eripuit D | eripuit mox *Merilius* | semisspatam T semispadam D 1391 Quı̊ (ui *lineola subducta del., a pr. ss.*) A 1392 Illico T | secūrū̃ (ae ss.) A 1393 Ac dextrum feriens D | haganoni/ (s *eras.*) B 1394 timpus *ω* 1395 ternos *ω* trinos *IGrimm.* | excussit D 1396 Tali tunc ergo dir. B Hoc tali facto D | p̄lia dura D 1397 at9 (*pr. ss.*) B ac D 1398 Linquere persuasit quis abhinc i. a. D 1399 Quando magn. T 1400 Cum feruore D 1401 q̊q, A quęque D quemque BT 1402 pes regis A regis pes D*γ* 1403 tremulus nec non D | hagononis A 1404 *deest* D 1405 nam] sed D 1406 tergentis A tergentes *ceteri*

Haec inter timidam reuocat clamore puellam
Alpharides, ueniens quae saucia quaeque ligauit.
His ita compositis sponsus praecepit eidem:
'Iam misceto merum Haganoni et porrige primum,
Est athleta bonus, fidei si iura reseruet:
Tum praebeto mihi reliquis qui plus toleraui,
Postremum uolo Guntharius bibat, utpote segnis
Inter magnanimum qui paruit arma uirorum
Et qui Martis opus tepide atque eneruiter egit.'
Obsequitur cunctis Heririci filia uerbis.
Francus at oblato licet arens pectore uino:
'Defer' ait 'prius Alpharidi sponso ac seniori
Uirgo tuo, quoniam fateor me fortior ille est.
Non solum mihi sed cunctis super eminet ille.
Hic tandem Hagano spinosus et ipse Aquitanus
Mentibus inuicti licet omni corpore lassi
Post uarios pugnae strepitus ictusque tremendos
Inter pocula scurrili certamine ludunt.
Francus ait: 'iam dehinc ceruos agitabis amice,
Quorum de corio wantis sine fine fruaris:

1407 Hic b | ti/midam (i *ex* u) B | tim. uocat huc D 1408 ueniensq, T ueniensq̇, A 1411 atleta A | iura teneret D 1412 Post p̄beto D 1413 ut pote D 1414 magnā iū A magnanimum (orum *ss.*) D 1414 qui apparuit D 1415 Et martis trepidusq; timens opus egit. (*sic*) D 1416 herrici AD heririci b hererici T henrici B 1417 pectore summo D 1419 ille (est *om.*) DT 1420 Nec T | mihi sed cunctis AD me sed cunctos *γ* | cunctis ///// eminet (*marg.* sup̄ *pr.*) A supereminet T superminet B | ille] armis Bb (T?) 1421 Hagano sic tandem sp. et ille a. D 1424 Pocula inter sic sc. c. l. D | scurri/li B scurruli b scurjli D

At dextrum moneo tenera lanugine comple,
Ut causae ignaros palmae sub imagine fallas.
Wah! sed quid dicis, quod ritum infringere gentis
Ac dextro femori gladium agglomerare uideris
Uxorique tuae, si qua a*mo*do cura subintrat,
Perverso amplexu circumdabis euge sinistram?
Iam quid demoror? en posthac tibi quicquid agendum est
Laeua manus faciet.' Cui Walthare talia reddit:
'Cur tam prosilias admiror lusce Sicamber:
Si uenor ceruos, carnem uitabis aprinam.
Ex hoc iam famulis tu suspectando uidebis
Heroum turbas transuersa tuendo salutans.
Sed fidei memor antiquae tibi consiliabor:
Iam siquando domum uenias laribusque propinques,
Effice lardatam de multra farreque pultam:
Hoc pariter uictum tibi confert atque medelam.

1427 & dextram D 1428 Quo cause T | ignoros A 1429 Wach D Vuach T | ritu B 1430 glomerare D 1431 si qua ado cura AD si quando ea cura γ si qua amodo *scripsi* 1432 sinistram A sinistra DB sinistre T 1433 Quid remoror.˜ Certe posthac tibi quicquid a. e. D | post hac T | est *om.* T 1434 vualthere T uult^{h}are A | reddis *Merilius* 1435 Cur sic pros. D | prosileas A 1436 uitabis *om. sed interstitium* T 1437 tu f. iam B | tu suspectando *om. sed interstitium adest* T | uidebis AB iubebis DT 1438 Turbas heroum torueque t. s. D | transuerso T | tuenda A inuendo T | salutas D saluta T 1439 memor antiquae fidei B 1440 si quando BT | domi D 1441 multra DB mul^{c}//ra A mulctra T mulsa *Molter* | pultam AB pultim D pultem T 1442 Hoc pariter A Haec p. BT Quę p. D | tibi uictum A^{1} | confert A conferat D conferet BT

His dictis pactum renouant iterato cruentum
Atque simul regem tollentes ualde dolentem
Inponunt equiti et sic disiecti redierunt:
Franci Wormatiam patriamque Aquitanus adiuit.
Illic gratifice magno susceptus honore
Publica Hiltgundi fecit sponsalia rite
Omnibus et carus post mortem obitumque parentis
Ter denis populum rexit feliciter annis.
Qualia bella dehinc uel quantos saepe triumphos
Ceperit, ecce stilus renuit signare retusus.
Haec quicumque leges stridenti ignosce cicadae
Raucellam nec adhuc uocem perpende sed aeuum,
Utpote quae nidis nondum petit alta relictis.
Haec est Waltharii poesis. nos saluet IH̃C.

1443 Hic B | īterato D̊ | cruentum A coactum Dγ 1445 Inpon̄t A 1446 vuarmaciam T 1448 *deest in* A | hiltgundę D 1449 charus T | parentis] paratur T *Post u. 1449:* Explicit liber Waltharij; T *qui uu. 1450—56 non habet* 1450 Rexit terdenis populum B Feliciter populum ter denit rexerat annis b 1452 Ceperit *ω Merilius* coeperit *IGrimm* | retunsus Bb 1453 legis B 1455 nidum A | nec dum B 1456 nos A uos DB | IH̃C A ih̄s B IESVS D iesus b Waltarius clarus uirtutibus at uir amarus (*pr. ni f. add.*) A terminat liber duorum sodalium. waltharii et haganonis (*magnis litteris*) B

INDEX

LOCORVM VERGILIANORVM

ADDITIS PAVCIS ALIORVM POETARVM VERSIBVS

---

1 Tertia pars mundi . . Europa uocatur] *Ouid. M.* V 372 agitur pars tertia mundi *Lucan.* VIIII 411 Tertia pars rerum Libyae *Corippus Ioh.* I 47 Tertia pars mundi . . Africa *Theodulus* 144 Nomen donat ei (*Europae*) quod habet pars tertia mundi.

6 uirtute uigebat] IIII 175 mobilitate uiget.

12 inpiger I 738

14 solio . . alto] VIII 541 solio se tollit ab alto.

15 Prole recens orta] *G.* III 156 Sole recens orto.

17 Fama uolans] III 121 Fama uolat VII 104 uolitaus fama per urbes || transuerberat aures *cf.* 540 t. auras *et* 704 t. hasta] X 336 transuerberat aera X 484 transuerberat ictu.

23 dextras coniungere dextris] I 408 dextrae iungere dextram.

32 Nec mora] V 141 Haut mora *G.* IIII 548 *etc.*

44 Ibant aequati numero *sic prorsus* VII 698 *atque* Ibant *et* Ibat *non raro initio uersuum.*

45 Quadrupedum] III 542 X 892 *etc.* || tellus concussa gemebat, Scutorum sonitu pauidus superintonat aether] VIIII 709 Dat tellus gemitum et clipeum super intonat ingens.

47 Ferrea silua] X 887 Inmanem aerato circumfert tegmine siluam *Lucan.* VI 205 densam ferens in pectore siluam XII 284 ferreus . . imber III 45 ferrea . . telorum seges XII 663 seges . . ferrea || rutilando] VIII 528 arma . . rutilare uident.

53 Attollens oculos] IIII 688 oculos . . attollere || uociferatur] II 679 Talia uociferans *etc.*

54 condenso] II 517 VIII 497.

55 Uis inimica] I 67 Gens inimica.

57 compellat] I 581 II 280.

63 qui foedera firment] XI 330 qui . . foedera firment XII 212 firmabant foedera.

64 Ibant] *uid. ad* 44.

68 *Corippus Iust.* III 328 *sqq.* Sanctum hoc imperium toto sic floruit orbe Bella gerens pacemquė tuens. nos more parentum Pacem diligimus, nunquam fera bella timemus. Pax est subiectis, pereunt per bella superbi *etc.*

73 pactumque ferit] X 154 Iungit opes foedusque ferit.

79 primaeuo flore] VII 162 primaeuo flore iuuentus.

84 trepidare pauore] II 685 Nos pauidi trepidare metu || ingenti . . pauore] VII 458 ingens . . pauor.

86 bella mouere *cf.* 107] *G.* I 509 mouet . . bellum *A.* VIII 565 arma mouenda.

92 Sed quid plus remorer?] III 481 quid ultra Prouehor et fando surgentis demoror austros?

120 fugam molitur] II 108 fugam . . moliri.

121 ad pugnas praecesserat Hunos] VIIII 47 Turnus . . tardum praecesserat agmen.

123 regia coniunx] II 783.

124 talia dicta] *non raro.*

132 labores Passus eras] VII 421 patiere labores VIII 577 patior quemuis durare laborem.

145 infit] *non semel.*

160 ducere uitam] III 315 uitam . . duco.

165 Testor per . .] III 599 per sidera testor.

167 taedas] IIII 18 *etc.*

170 Venerat] *frequens initio uersuum.*

179 Nec mora] V 140 haut mora *etc.*

181 latos campos] *G.* I 492.

182 Iamque infra iactum teli congressus uterque Constiterat] *sic prorsus* XI 608 *nisi quod Vergilius scripsit* progressus *et* substiterant (constituerant *Mediceus pr. m.*).

185 hastae uolitant *cf.* 670] hasta uolans VIIII 411 || hastae densae] *G.* II 142 densis uirum seges horruit hastis.

186 771 cornus] *G.* II 448 VIIII 698 XII 267 || miscebat in unum *uid. ad* 930.

188 Boreas] *non raro.*

192 Fulmineos enses] IIII 579 VIIII 542 ensem Fulmineum.

193 Concurrunt acies] X 361 691 *etc.*

197 Obuia quaeque metens armis ac limite pergens] X 513 Proxima quaeque metit gladio latumque per agmen ardens limitem agit ferro.

198 dare strages] XII 454 dabit . . stragem *G.* III 247 stragemque dedere 556 dat stragem.

199 praesentem . . mortem] I 91 Praesentemque uiris intentant omnia mortem VIII 495 praesenti Marte.

201 terga dederunt Et uersis] *G.* IIII 85 uersa fuga uictor dare terga subegit.

202 laxis habenis] I 63 *G.* II 364 laxis immissus habenis.

205 fugientes proterit] XII 329 agmina curru Proterit aut raptas fugientibus ingerit hastas.

209 festa cum fronde reuinxit] IIII 459 festa fronde reuinctum.

210 Victrici lauro] *E.* VIII 13 hanc sine tempora circum Inter uictrices hederam tibi serpere laurus.

211 sequitur quos cetera pubes *sic* V 74.

215 Ecce] V 324 Ecce uolat.

216 equitem (*pro* equo)] *G.* III 116 *uid. Gellius* XVIII 5, 7 *Macrob. Sat.* VI 9, 8.

222 cui post amplexus et oscula dulcia dicit] I 687 cum dabit amplexus et oscula dulcia figit.

225 porrexit] VIII 274 pocula porgite.

236 talia reddit] II 323 Vix ea fatus erat, gemitu cum talia reddit X 530 contra cui t. r.

237 ab imo pectore] I 371 imo trahens a pectore uocem 485 gemitum dat pectore ab imo.

252 patriae fines reminiscor] X 782 dulcis moriens reminiscitur Argos.

253 fugam .. celerare] III 666 fugam trepidi celerare I 357 Tum celerare fugam VIIII 378 Sed celerare fugam.

256 has .. corde loquelas] V 842 funditque has ore loquellas.

259 toto .. pectore] VII 356 toto .. pectore I 717 VIIII 276 pectore toto.

260 inquit in aurem *cf.* 515] V 547 sic fatur ad aurem.

263 trilicem .. loricam] III 467 V 259 VII 639.

277 septenos .. orbes] VIII 448 septenosque orbibus orbes Impediunt.

279 conuiuia laeta parabo] I 638 mediisque parant conuiuia tectis *G.* I 301 laeti conuiuia curant.

280 potu sepelire] III 630 dapibus vinoque sepultus.

283 sitim . . . restinguere] *E.* V 47 sitim restinguere riuo.

289 instruxit] I 637 At domus interior regali splendida luxu Instruitur mediisque parant conuiuia tectis III 231 Instruimus mensas.

291 uelis .. saeptam] I 638 Arte laboratae uestes ostroque superbo.

304 Postquam epulis absumpta quies mensaeque remotae] I 216 Postquam exempta fames epulis mensaeque remotae I 723 Postquam prima quies epulis mensaeque remotae.

308 Et simul in uerbo *cf.* 888 673] VI 547 et in uerbo uestigia torsit.

309 Ordine sculpturae referentem gesta priorum] I 632 caelataque in auro Fortia facta patrum series longissima rerum *et q. s.*

315 Ebrietas feruens tota dominatur in aula] *Corippus Iustin.* III 12 Triste ministerium lata feruebat in aula.

318 bacchica munera] *G.* III 526 Bacchi munera *Boetius* II *c.* 5 Nec bacchica munera norant.

328 Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit] *sic prorsus* IIII 135.

334 rubras .. cristas] VIIII 50 cristaque tegit galea aurea rubra 270 cristasque rubentis.

342 colurnam] *G.* II 396.

352 Horreat ut cunctos aurae u. susurros] II 727 Nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis II 755 Horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent.

358 somno uinoque solutus] II 265 Inuadunt urbem somno uinoque sepultam. III 630 dapibus uinoque sepultus VIIII 189 somno uinoque soluti Procubuere VIIII 236 Rutuli somno uinoque soluti Conticuere (sepulti *utroque loco codex Minoraugiensis cum deterioribus quibusdam atque Seruius*).

378 lux Pannoniae] II 281 lux Dardaniae.

382 trabeam] VII 188 612 XI 334.

383 Et nunc huc animum tristem nunc diuidit illuc] IIII 285 Atque animum nunc huc celerem nunc diuidit illuc.

390 Nec placidam membris potüit dare cura quietem] IIII 5 nec placidam membris dat cura quietem.

397 discurrit in orbem] VIIII 164 Discurrunt uariantque uices. *Orestis tragoedia* 847 totam discurrit in aulam.

399 insomnem . . noctem] VIIII 166 noctem custodia ducit Insomnem.

400 per amica silentia] II 255 ibat . . per amica silentia lunae.

404 euinctum] V 269 364 494 774 *etc.*

405 liciscam *cf.* 1231] *E.* III 18 multum latrante Lycisca.

448 Talia dicta dedit] II 790 Haec ubi dicta dedit V 315 Haec ubi dicta X 583 talia late Dicta uolant ‖ causamque ex ordine pandit] III 179 remque ordine pando.

457 calcemque terit iam calce puella] V 324 calcemque terit iam calce Diores.

461 superba. . . glomerare uolumina crurum] *G.* III 117 gressus glomerare superbos *G.* III 192 sinuetque alterna uolumina crurum.

462 Dant sonitum] II 243 sonitum quater arma dedere.

470 Congaudete mihi] *Tertullianus adu. Gnost. ex D. Paulo:* Gaudeo et congaudeo omnibus uobis: perinde et uos gaudete et congaudete mihi.

480 infit] V 708 his Aenean solatus uocibus infit.

492 canibus resonare] III 432 caeruleis canibus resonantia saxa.

493 Sunt in secessu] I 159 Est in secessu longo locus III 229 in secessu longo.

497 uescas .. herbas] *G.* III 175 uescas .. frondes *G.* IIII 131 uescumque papauer.

499 fessum componere corpus] *G.* IIII 438 Vix defessa senem passus componere membra.

503 Bellica .. pondera] X 496 pondera baltei.

504 Virginis in gremium fusus] VIII 406 Coniugis infusus gremio.

509 potis es *cf.* 618 *et* potis est 417 549] III 671.

512 optata fruitur requiete] IIII 619 optata luce fruatur. *Sequentia Ekkehardi* I *de Constantino* (*Morel Lat. Hymnen n.* 383) *u.* 16: ardenter optato fruitur·inconuulse brauio.

514 Cornipedem] VI 591 cornipedum .. equorum VII 779 Cornipedes .. equi.

515 Exultansque animis] XI 491 Exultatque animis ‖ sic fatur ad auras *cf.* 752 Talia .. iactabas dicta per auras] X 458 magnumque ita ad aethera fatur (*cf. supra ad u.* 260).

516 Accelerate] XII 157 Adcelera VI 630 VIIII 221 Adceleremus.

517 Numquam hodie effugiet] *E.* III 49 Numquam hodie effugies. II 670 numquam omnes hodie moriemur inulti.

521 uideres .. caede furentem] II 499 uidi ipse furentem Caede Neoptolemum.

523 Vidi] II 501 Vidi Hecubam ‖ bella cierent] I 541 Bella cient primaque uetant consistere terra.

527 tartara uidit] VI 134 bis nigra uidere Tartara.

529 experto credite, quantus In clipeum surgat *etc.*] XI 283 experto credite quantus In clipeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam. X 90 consurgere in arma VIIII 749 XII 729 consurgit in ensem.

539 parmam collegit] XI 670 habenas .. colligit.

540 uacuas .. transuerberat auras] X 336 clipei transuerberat aera 484 clipeum .. medium transuerberat ictu XI 667 transuerberat abiete pectus XII 592 uacuas it fumus ad auras *G.* III 109 Aera per uacuum *G.* IIII 311 tenuemque .. aera XII 354

longum per inane VI 740 inanes uentos *G.* IIII 196 per inania nubila. XII 906 uacuum per inane.

541 ad pugnam.. prolusit] *G.* III 234 sparsa ad pugnam proludit harena.

542 coruscantes.. hastas] XII 431 hastamque coruscat 887 919 telum coruscat (Aeneas) V 642 ignem.. coruscat.

543 stupefacta] *G.* IIII 365 *E.* VIII 3 *A.* V 643.

546 pacto thalamo sociari] X 649 thalamos.. pactos IIII 99 pactos hymenaeos VIII 594 thalamo sociatus.

551 depone pauorem] *G.* IIII 531 tristis animo deponere curas.

587 dic homo, quisnam sis *etc.*] VIIII 376 State uiri. quae causa uiae? quiue estis in armis? Quoue tenetis iter? *cf.* VI 388 Sic prior adgreditur dictis *etc.*

588 quo pergere tendis?] VI 198 Obseruans quae signa ferant quo tendere pergant.

589 Heros magnanimus] VI 649 Magnanimi heroes *G.* IIII 476 Magnanimum heroum.

619 palmam reuocare] VI 128 reuocare gradum.

626 Et mox auxilio subeuntem ac tela ferentem] II 216 Post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem.

627 Me petit] II 213 Laocoonta petunt.

630 sub pectore] I 36 *et alibi.*

632 conceperat iram] IIII 501 mente furores Concipit IIII 474 concepit furias.

638 Dixerat et *cf.* 745] VI 752 VII 212 VIII 276.

649 Conticuit] III 718 *etc.*

651 Aduolitans] X 896 Aduolat Aeneas.

667 uitam sanguine fundes] II 532 Concidit ac uitam multo cum sanguine fudit.

669 crispans hastile] I 313 lato crispans hastilia ferro.

670 *s.* Ac iacit *sqq.*] X 335 tum magnam corripit hastam Et iacit: illa uolans clipei transuerberat aera V 641 infensum ui corripit ignem Sublataque procul dextra conixa coruscat Et iacit X 474 At Pallas magnis emittit uiribus hastam... Illa uolans.. incidit XII 270 Hasta uolans.

671 tellurem uulnere mordet] XI 418 humum semul ore memordit.

673 Et simul in dictis] V 357 Et simul his dictis.

683 pede compresso] VI 389 comprime gressum II 378 pedem cum uoce repressit || capulo tenus ingerit ensem] II 553 lateri capulo tenus abdidit ensem.

694 Aduolat infelix] X 896 Aduolat Aeneas *G.* III 498 Labitur infelix.

695 Bina manu lato crispans hastilia ferro] *prorsus his uerbis* I 313.

698 equinam .. caudam] X 869 cristaque hirsutus equina || infrendens] III 664 VIII 230 X 718 Dentibus infrendens.

702 proelia primus Temptarim] II 334 uix primi proelia temptant Portarum uigiles.

704 transuerberet hasta] *cf. ad u.* 540.

712 Non ualuit] V 510 contingere ferro Non ualuit.

718 caput orantis] *Prudentius Psychom.* 283: Tunc caput orantis flexa ceruice resectum Eripit et madido suspendit colla capillo.

725 bellumque lacessit] XI 254 ignota lacessere bella V 429 pugnamque lacessunt.

728 729 *uterque totus transcriptus ex* V 496 497.

730 pharetram gestauit] I 336 gestare pharetram.

731 aequo marte] VII 540.

733 clipei septemplicis orbem] XII 925 clipei extremos septemplicis orbes.

734 eludens uenientes prouidus ictus] V 444 ille ictum uenientem a uertice uelox Praeuidit celerique elapsus corpore cessit.

739 ore loquelas] V 842 funditque has ore loquellas.

744 in me mora non erit ulla: *E.* III 52.

745 toto conixus corpore] X 127 fert ingens toto conixus corpore saxum || toto pectore *uel* pectore toto I 717 VII 356 VIIII 276).

747 — 749 *apud Vergilium sic habentur* X 892 *sqq.:* Tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras Verberat effusumque equitem super ipse secutus Implicat eiectoque incumbit cernuus armo . . . Aduolat Aeneas uaginaque eripit ensem. XII 380 concitus axis Impulit effunditque solo.

750 crines albos] VII 418 induit albos cum uitta crines VIIII 651 crinis albos.

753 Haec ait et *cf.* 821] I 297 *cf.* Sic ait et VIIII 749 Sic ait atque X 473.

756 a S. oris . . generatus] V 61 Troia generatus Acestes.

759 spadix] *G.* III 82.

775 Aspice num mage sit telum penetrabile nostrum] X 481: *at Vergilius scripsit* nostrum p. telum.

776 Lancea *etc.*] X 784 (hasta) per linea terga tribusque transit intextum tauris opus imaque sedit Inguine. I 368 taurino . . tergo II 112 trabibus contextus acernis . . equus.

778 Voluitur infelix] I 116 Voluitur in caput XII 591 Voluitur ater odor VIIII 433 Voluitur Euryalus leto pulchrosque per artus It cruor *G.* III 498 Labitur infelix XII 641 Occidit infelix . . Ufens.

787 petit acer in armis Waltharius] XII 938 stetit acer in armis Aeneas.

792 girum collectus] *G.* II 153 *s.* Nec rapit immensos orbis per humum neque tanto Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

794 sine more] V 694 sine more furit.

795 — 797 neque enim is teli seu uulneris auctor] VIIII 747 *s.* At non hoc telum, mea quod ui dextera uersat, Effugies; neque enim is teli nec uolneris auctor. VIIII 421 Saeuit atrox Volcens nec teli conspicit usquam Auctorem.

801 lucem . . almam] I 306 Ut primum lux alma datast VIII 455 Euandrum . . lux suscitat alma XI 182 *A*urora . . almam Extulerat lucem.

812 Viribus e summis] V 226 summis adnixus uiribus.

813 propugnacula] VIIII 664 it clamor totis per propugnacula muris. IIII 87 propugnacula bello Tuta parant VIIII 170 propugnacula iungunt.

815 ebori] VIIII 305 uagina . . eburna XI 11 ensem . . eburnum.

816 pondus] X 496 immania pondera baltei V 407 pondus (immani pondere caestus).

821 Haec ait et notum uagina diripit ensem] IIII 579 dixit uaginaque eripit ensem Fulmineum X 473 Sic ait atque . . 475 Vaginaque caua fulgentem deripit ensem.

823 stupuit Vosagus] *G.* IIII 481 Quin ipsae stupuere domus atque intima Leti Tartara XII 707 stupet ipse Latinus.

826 multa . . ui] I 271 longam multa ui muniet Albam ‖ proelia miscent] XII 628 Ingruit Aeneas Italis et proelia miscet.

827 nigra sonat percussa sec. ilex] VI 180 sonat icta securibus ilex *E.* VI 54 Ilice sub nigra *Culex* 140 Ilicis et nigrae VI 208 opaca Ilice.

828 dant tinnitus galeae clipeique resultant] VIIII 808 strepit . . . tinnitu galea X 330 tela . . partim galea clipeoque resultant Inrita.

831 Emicat] V 318 Nisus Emicat 337 Emicat Euryalus VIIII 735 tum Pandarus ingens Emicat.

832 consurgit ense] VIIII 749 Sic ait et sublatum alte consurgit in ensem ‖ feruidus] VIII 230 f. ira.

834 cuspide adacta] VIIII 431 uiribus ensis adactus.

836 resplenduit ensis] XII 741 mucro . . dissiluit: fulua resplendent fragmina harena.

838 accelerare fugam] I 357 III 666 VIIII 378 celerare fugam.

839 fretus pedibus uiridique iuuenta] V 430 Ille pedum melior motu fretusque iuuenta V 295 Euryalus forma insignis uiridique iuuenta.

841 Sic ait atque] I 464 X 473 Sic ait atque VIIII 749 Sic ait et.

842 clipeus super intonat ingens: *sic* VIIII 709 *ubi nunc legitur* clipeum.

843 pede collum pressit] X 495 et laeuo pressit pede talia fatus XII 356 et pede collo Impresso.

848 precibus . . Flectere] XII 800 precibusque inflectere nostris ‖ proclamans] V 345 magna proclamat uoce Diores.

850 en ultima Parcae fila legunt] X 814 extremaque Lauso Parcae fila legunt.

852 Desine] XII 800 Desine iam tandem VI 376 Desine ‖ uiribus impar] X 459 Viribus imparibus.

855 suspiria pectore longa Traxit] *Ouidius M.* II 753 traxit suspiria *M.* X 402 suspiria duxit ab imo Pectore *M.* I 656 alto suspiria ducis Pectore.

856 fudit de corde loquelas] V 842 funditque has ore loquellas.

857 fames] III 56 quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames!

859 dira] III 256 dira fames. *Prudentius Ps.* 478 nec parcit propriis amor insatiatus habendi.

864 sitis ardet habendi] *G.* IIII 177 innatus apes amor urguet habendi *Boetius Phil. Consol.* II c. 2, 18: Sitis ardescit habendi.

866 gemitus lacrimasque ciebit] III 344 Talia fundebat lacrimans longosque ciebat Incassum fletus VI 468 lacrimasque ciebat *G.* III 517 Extremosque ciet gemitus ‖ renouat] II 3 iubes renouare dolorem.

867 Erebi fornace retrudunt] VIIII 496 Inuisum hoc detrude caput sub Tartara II 398 multos Danaum demittimus Orco. ‖ ludicra] XII 764 neque enim leuia aut ludicra petuntur Praemia.

876 lacrimis conspersit obortis] III 492 lacrimis adfabar obortis VI 868 lacrimis ingressus obortis XI 41 lacrimis ita fatur obortis IIII 30 sic effata sinum lacrimis impleuit obortis. *Cicero Planc.* 41, 99 conspersitque lacrimis.

877 Et longum formose uale] *E.* III 79 Et longum „formose uale uale“ inquit „Iolla“.

879 clamor . . . peruenit ad aures] II 81 Fando aliquid si forte tuas peruenit ad auris Belidae nomen. VIIII 395 cum clamor ad auris Peruenit.

882 melioribus utere fatis] VI 546 I decus, i, nostrum, melioribus utere fatis.

888 Dixit et in uerbo] VI 547 Tantum effatus, et in uerbo uestigia torsit.

892 metu perculsa] I 513 percussus . . Laetitiaque metuque (perculsus *cum Mediceo duo Bernenses aliique libri.*

893 redit in praecordia uirtus] II 367 Quondam etiam uictis redit in praecordia uirtus.

897 uulnus a uertice librat] VIIII 417 telum librabat ab aure.

899 spumantis apri] IIII 158 Spumantemque . . . aprum ‖ de more] VI 39 lectas de more bidentis X 832 comptos de more capillos.

902 Delituit] *G.* III 416 Saepe sub immotis praesepibus aut mala tactu Vipera delituit.

904 Finis erat] I 223 Et iam finis erat, cum Iuppiter. — .

905 calibemque sub orbe cauebat] II 227 clipeique sub orbe teguntur.

907 sibi praetulit] VII 237 Praeferimus manibus uittas.

910 uasto impete] *Ouidius M.* III 79 Impete nunc uasto *M.* VIII 359 certo sic impete.

911 Hamatam . . loricam] III 467 V 259 Loricam consertam hamis || ilia nudans] I 211 uiscera nudant.

912 Labitur infelix] *G.* III 498 Labitur infelix . . . uictor equos XI 818 Labitur exsanguis.

915 subuectus] VIII 58 remis . . subuectus || supra uolat] *G.* I 364 altam supra volat ardea nubem.

916 angustam . . callem] IIII 405 calle angusto VI 443 Secreti calles VIIII 383 per occultos . . calles || concluserat] I 425 locum . . concludere sulco.

917 bellipotens] XI 8 (Mars) 920 obiecit peltam] II 443 clipeosque ad tela sinistris Obiciunt XII 377 clipeo obiecto.

922 ulua uiridi] *E.* VIII 87 uiridi procumbit in ulua.

923 Hic uero . . uideres] *E.* VI 27 Tum uero in numerum faunosque ferasque uideres Ludere.

924 inter martia tela] *E.* VIIII 12 tela inter martia (mertia *Bernensis* 165).

930 fors et uirtus miscentur in unum (*cf.* n. 186)] XII 713 tum crebros ensibus ictus Congeminant: fors et uirtus miscentur in unum.

938 pulsabat calcibus aruum] X 404 Caedit semianimis . . . calcibus arua 730 calcibus atram Tundit humum exspirans.

943 profatur] I 561 Dido . . . profatur *cf.* X 490.

944 pectora saepe probata] II 349 iuuenes, fortissima frustra Pectora.

946 inglorius ibo] XI 793 patrias remeabo inglorius urbes XI 548 parmaque inglorius alba || sic sic] IIII 660 sic sic iuuat ire sub umbras.

954 His animum dictis demens incendit] IIII 54 His dictis incensum animum inflammauit (*sic Mediceus Bernenses alii*)

IIII 197 Incenditque animum dictis atque aggerat iras I 597 His animum arrecti dictis — V 719 Talibus incensus dictis XII 238 Talibus incensast. . dictis.

956 ac uelut in ludis] *vgl. Orestis tragoedia* 293 *sqq.*

961 uentos captans] *E.* I 52 frigus captabis opacum *E.* II 8 umbras et frigora captant.

964 ferrato . . conto] V 208 Ferratasque trudes et acuta cuspide contos.

966 spisso penetrauerat ilia ligno] VIIII 413 fisso transit praecordia ligno.

967 stupefactus corda] V 643 arrectae mentes stupefactaque corda Iliadum.

968 clipei obiecit] *cf. ad* 920.

970 emissa . . hasta] X 474 magnis emittit uiribus hastam.

973 uibrauerat ictum] X 484 clipeum . . Vibranti cuspis medium transuerberat ictu.

974 Et praeceps animi] VIIII 685 Et praeceps animi Tmarus.

977 ualida ui] VI 833 ualidas . . uires II 50 ualidis . . uiribus.

978 super assistens] X 490 (Pallas) Quem Turnus super adsistens —.

996 Clamorem . . tollunt] X 262 clamorem ad sidera tollunt Dardanidae XI 878 matres Femineum clamorem ad caeli sidera tollunt *G.* I 358 Clamoremque ferunt ad litora ‖ saltusque resultat] V 150 pulsati colles clamore resultant VIII 305 Consonat omne nemus strepitu collesque resultant *G.* I 358 resonantia longe Litora.

999 sudoris flumina] III 175 tum gelidus toto manabat corpore sudor V 200 sudor fluit undique riuis

1000 Aescilus] *G.* II 290 Aesculus in primis, quae quantum uertice ad auras Aetherias, tantum radice in Tartara tendit. Ergo non hiemes illam non flabra neque imbres Conuellunt: immota manet. (*cf. Silius* V 480.)

1002 Contempnens o. uentorum i. fr.] III 77 Immotamque coli dedit et contemnere uentos *G.* I 358 (uentorum) fragor.

1004 ad aruum *cf.* 1061] XII 681 Dixit et e curru saltum dedit ocius aruis.

1005 munimen clipei] *cf. Prudentius Ps.* 614 gestamen tunicae || extorquere] XII 357 dextrae mucronem extorquet.

1012 summis conatibus] XII 910 in mediis conatibus.

1013 Contendunt pariter] V 370 Paridem solitus contendere contra || multo . . tumultu] II 122 magno . . tumultu III 99 mixto . . tumultu *etc.*

1014 Interea —] I 124 III 472 *etc.; secundo loco:* X 1 Panditur interea XI 1 Oceanum interea — || incutit iram] XI 728 incutit iras I 69 Incute uim uentis.

1015 nudauit] XII 312 Nudato capite.

1018 cerebrum diffudit] V 413 sparso . . cerebro.

1019 pectus patefecit] IIII 64 pecudumque reclusis Pectoribus X 601 pectus mucrone recludit I 356 traiectaque pectora ferro Nudauit.

1020 animam mox liquerat atque calorem] VIIII 475 subitus miserae calor ossa reliquit III 140 Linquebant dulces animas.

1022 attonitus . . morte] XII 610 Coniugis attonitus fatis.

1023 Horribili . . conspectu] XI 271 horribili uisu || acrem . . fugam] *G.* III 141 acri Carpere prata fuga.

1032 saxum circumspicit ingens] XII 896 Nec plura effatus saxum circumspicit ingens.

1037 ardens animis] V 277 ferox ardensque oculis.

1044 subridens] I 254 VIIII 740 X 742.

1046 ictum libraret ab aure] VIIII 417 Ecce aliud summa telum librabat ab aure.

1049 obiecta protexit . . pelta] II 443 clipeosque ad tela sinistris Protecti obiciunt VIII 662 scutis protecti corpora longis. XII 377 clipeo obiecto.

1055 incendit] IIII 197 Incenditque animum dictis atque aggerat iras.

1062 His . . infelix uisis] III 173 Talibus attonitus uisis II 382 uisu tremefactus || omni . . studio] *G.* III 318 Ergo omni studio. —

1063 terga caualli Scandit] II 401 Scandunt rursus equum.

1065 precibus flexisse] VI 376 flecti . . precando.
1068 gelidus sanguis] XII 905 gelidus concreuit frigore sanguis.
1075 conceptum . . furorem] IIII 501 mente furores Concipit.
1085 Dedecus . . tantum] X 681 ob tantum dedecus amens.
1093 rogitantis] I 750 Multa . . rogitans X 839 Multa . . rogitat.
1094 Erubuit] II 541 iura fidemque Supplicis erubuit.
1098 Quo me . . uocas] V 23 Quoque uocat *etc.*
1109 Succumbit] IIII 19 Huic uni forsan potui succumbere culpae.
1110 uiam . . salutis] VI 96 uia prima salutis II 387 qua prima . . fortuna salutis Monstrat iter.
1117 tondamus sequamur prata canallis] III 538 equos in gramine uidi Tondentes campum late *G.* I 290 arida prata tondentur.
1128 Insidiisque locum circumspexere] VIIII 237 locum insidiis conspeximus ipsi.
1129 gramine laeto] *G.* II 525 pingues in gramine laeto . . luctantur cornibus haedi.
1130 occiduas . . in oras] *Arator* I 164 Venit ad occiduas carnaliter editus oras . . deus.
1131 Ultima . . signans uestigia] V 317 simul ultima signant *G.* III 171 summo uestigia puluere signent *G.* II 473 extrema per illos Iustitia excedens terris uestigia fecit ‖ Ultima . . Thilen] *G.* I 30 tibi seruiat ultima Thyle.
1132 Phoebus . . Hiberos] XI 913 Ni roseus fessos iam gurgite Phoebus Hibero Tinguat equos.
1134 obuertit cornua] III 549 Cornua uelatarum obuertimus antemnarum ‖ ausoniis . . terris] IIII 349 Ausonia . . terra VII 39 Ausoniis . . oris VII 537 Aus. . aruis VI 346 fines . . Ausonios.
1138 Aestuat . . curarum fluctibus] VIII 19 Cuncta uidens magno curarum fluctuat aestu.
1145 bellum . . nefandum] XII 572 haec belli summa nefandi.
1150 profatur] *uid. supra* 943.
1153 patriae fines] *E.* I 3 Nos patriae fines et dulcia linquimus arua.
1156 spinis . . et paliuris] *E.* V 39 Carduus et spinis surgit paliurus acutis.

1160 nudum .. ensem] VIIII 548 Ense leuis nudo.
1168 orandi finem dedit] VI 76 finem dedit ore loquendi.
1171 absumpsit] IIII 601 absumere ferro Ascanium.
1173 Ingenti .. pondere] VIIII 752 ingenti .. pondere *G.* II 351 ingentis (*uel* ingenti) pondere testae.
1185 reliquum noctis duxit] VIIII 166 noctem custodia ducit Insomnem ludo.
1190 terram irrorat eous] *G.* I 288 cum sole nouo terras irrorat eous III 588 Postera iamque dies primo surgebat eoo Vmentemque aurora polo dimouerat umbram.
1194 detraxerat] V 260 Loricam quam Demoleo detraxerat ipse.
1196 conscenderat] XII 736 Conscendebat equos.
1200 Auribus arrectis] I 152 silens arrectisque auribus adstant Ciris 210 Auribus arrectis nocturna silentia temptat IIII 183 tot subrigit auris. || uentos captauit et auras] III 514 Explorat uentos atque auribus aera captat *Ciris* 211 Et pressis tenuem singultibus aera captat.
1202 crepitantia frena] *G.* III 184 frenos audire sonantis.
1203 sonum daret ungula] *G.* III 83 sonum procul arma dedere 88 solito grauiter sonat ungula cornu.
1211 raptim et sine more] VIII 635 et raptas sine more Sabinas V 694 VII 277 sine more furit.
1212 uirum compellat] II 280 III 299 VIII 164 Compellare uirum.
1217 Est satius] X 59 Non satius —? *E.* II 14 Nonne fuit satius —? || per uulnera quaerere mortem] *G.* IIII 218 pulchramque petunt per uulnera mortem.
1223 luco succede] *E.* V 6 antro .. succedimus.
1231 de more] *uid. supra* 899 || lyciscae] *E.* III 18 multum latrante Lycisca || Dentibus infrendens] II 664 Dentibus infrendens gemitu.
1260 bella lacessas] XI 254 ignota lacessere bella V 429 pugnamque lacessunt.
1266 Vim .. exerces] *G.* III 229 Ergo omni cura uiris exercet *G.* III 152 horribilis exercuit iras.

1274 blandum . . florem] *E.* IIII 23 Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

1283 uenturo . . ictu] III 458 uenturaque bella II 47 machina . . uentura — desuper urbi.

1284 martia membra] *E.* VIIII 12 tela inter martia VII 182 m. . . uolnera.

1286 conspirant] VII 615 Aereaque adsensu conspirant cornua rauco.

1287 collectis uiribus] *G.* III 235 Post ubi collectum robor uiresque refectae.

1288 hastam Direxit] VI 57 Dardana qui Paridis direxti tela manusque.

1292 marmore leui] *E.* VII 31 leui de marmore tota . . stabis.

1294 pectore magno] IIII 448 magno persentit pectore curas.

1300 stringunt acies] II 334 stat ferri acies mucrone corusco Stricta IIII 580 strictoque . . ferro ‖ dolor e. c. ad iram] II 594 quis indomitas tantus dolor excitat iras?

1314 uaginae condidit ensem] VIIII 347 Pectore in aduerso totum cui comminus ensem Condidit IIII 519 dixit uaginaque eripit ensem.

1325 increpitauit] I 738 III 454.

1326 genua labarent] V 432 tarda trementi Genua labant.

1327 porgeret] VIII 274 porgite ‖ orco] II 398 multos Danaum demittimus Orco.

1328 armipotens] VI 739 genus armipotentis Achilli.

1333 bellum instauratur] II 669 instaurata . . proelia.

1337 numidus . . ursus] V 37 pelle libystidis ursae VII 17 ursi (*cf. Plinius HN.* VIII 36. 54. 58. 83).

1340 umbros] XII 753 uiuidus Umber.

1341 molossi] *G.* III 405 acremque Molossum.

1344 triplex] *cf. Seruius ad Vergil.* I 126 *Sallust. histor. fr.* IIII 23 fluctus triplex. *Orestis trag.* 969.

1347 premit has sub corde loquelas] IIII 332 curam sub corde premebat X 464 magnumque sub imo corde premit gemitum.

1351 paliure] *E.* V 39 spinis surgit paliurus acutis.

1355 incassum t. sufferre labores] VII 421 Turne tot incassum fusus patiere labores.

1359 fulserat armis] II 749 cingor fulgentibus armis.

1363 praeualidum] *G.* II 190 253.

1375 crepitans] *G.* II 540 Impositos duris crepitare incudibus enses.

1389 clipeo insertauerat ulnam] II 672 clipeoque sinistram Insertabam aptans.

1393 effodit ocellum] III 663 Luminis effossi fluuidum lauit inde cruorem.

1396 dirimuntur proelia] V 467 proelia uoce diremit.

1397 aeger anhelitus] V 432 quatit aeger anhelitus artus.

1399 magnanimi heroes] VI 649 Magnanimi heroes || uiribus aequi] XII 230 numerone an uiribus aequi Non sumus? V 809 nec dis nec uiribus aequis X 431 ducibusque et uiribus aequis.

1400 in fulmine belli] VI 843 geminos, duo fulmina belli, Scipiadas.

1404 Sic sic] *uid. supra* 946.

1410 porrige] VIII 274 pocula porgite dextris.

1414 magnanimum . . uirorum] *uid. supra* 589.

1415 Martis opus] VIII 516 Militiam et graue Martis opus.

1424 Inter pocula] *G.* II 383 inter pocula laeti.

1428 sub imagine fallas] VI 293 caua sub imagine formae I 407 Quid natum . . falsis Ludis imaginibus *E.* II 7 si numquam fallit imago.

1429 ritum infringere gentis] *Paulus Diaconus* I 23 ne ritum gentis infringeret.

1433 Iam quid demoror] III 480 quid ultra Prouehor et fando surgentis demoror austros?

1434 Cui . . talia reddit] II 323 gemitu cum talia reddit X 530 Aeneas contra cui talia reddit XI 251 Auditis ille haec placido sic reddidit ore.

1435 prosilias] V 140 funibus omnes . . Prosiluere suis *Terentius Eun.* (V 7, 6) 1030 Quidnam hic properans prosilit?

1438 transuersa tuendo] *E.* III 8 transuersa tuentibus hirquis.

1450 Terdenis . . annis] VIII 47 ter denis . . redeuntibus annis || populum rexit] VI 851 Tu regere imperio populos Romane memento VIII 325 placida populos in pace regebat.

1455 nidis petit alta relictis] *G.* II 210 illae altum nidis petiere relictis || VII 362 alta petens XI 272 petierunt aethera pennis.

CHRONICI NOUALICIENSIS

l. II c. 8. 9.

8. Hic ergo Waltarius quis uel unde nuperrime fuerit, uel a quo patre genitus sit, non est bonum silencio abscondere. Fuit enim quidam rex in Aquitanie regnum nomine Alferus. Hic de coniuge propria habuit filium nomine Waltarium, quem supra nominauimus. Huius temporibus in Burgundie regnum alius rex extiterat nomine Eriricus, qui similiter habuit filiam ualde decoram nomine Ildegundam. Hii uero reges iuramentum inter se dederant, ut quando ipsi pueri ad legitimam etatem primitus uenissent, se inuicem sociarent, scilicet cum tempus nubendi illis uenisset. Qui ergo pueri antequam se sociarent, subiecta sunt regna patrum suorum atque ipsi obsides dati sub dicione regis Atile Flagellum Dei, qui eos secum duxerat cum Aganone obside regis Francorum nomine Gibico.

9. Hii namque pueri Attila causa obsidionis a propriis accipiens patronibus cum maxima pecunia, ad sua cum suis repetit arua. Sic quidam mefricanorus de ipsis ait:

---

4 Alferius 5 Waltarius 7 Cririeus *Mur. et Bethm., ego* Eriricius 17 patronis 18 rediuit arua 18 quidem

Tunc Auares gazis onerati denique multis, 93
Obsidibus sumptis Haganone, Hilgunde puella
Necnon Walthario, redierunt pectore laeto. 95
Attila Pannonias ingressus et urbe receptus,
Exulibus pueris magnam exhibuit pietatem,
Hac uęluti proprios nutrire iubebat alumpnos
Uirginis et curam reginam mandat habere. 99
Ast adolescentes propriis conspectibus ambos 100
Semper inesse iubet, sed et artibus imbuit illos,
Presertimque iocis belli sub tempore habentis.
Qui simul ingenio crescentes mentis et aeuo,
Robore uincebant fortes animoque sophistas,
Donec iam cunctos superarent fortiter Hunos. 105
Militiae primos tunc Attila fecerat illos;
Sed non inmerito; quoniam si quando moueret
bella per insignes regionum illarum, isti ex pugna
uictoria micabant, ideoque princeps ille quidni dilexerat
illos? Uirgo ętiam, quae cum ipsis ducta fuerat captiua, 110
Deo sibi prestante reginae placauit uultum, et ipsa auxit
illi amorem. Ea nobilis ergo moribus et operum habun-
dans sapientiae, ad ultimum uero fit ipsa regis et re-
ginae thesauris custoda cunctis
Et modicum deest quin regnet et ipsa;
Nam quicquid uoluit de rebus fecit et actis. 115

---

7 (v. 99) reginae 9 iubet] *abrumpit textus in Muratori Rerum ital. ss. II* 706, *quae secuntur habes in Eiusdem Antiqq. ital. III p.* 965 *sqq.* 11 crescentis 13 Hunnos 17 quidni] quidam 20 Ex *Bethm.* Ea *ego, abest Mur.* 20 operibus abundans 21 & ad 22 custodia 23 deesse

*Gybichus interea rex Francorum defungitur, et regno
illo Cundharius eius successit filius, statimque foedera
Pannoniarum dissoluit, atque censum illi deinceps ne-
gauit. At uero Haganus exul, agnita proprii domini
morte, ilico fugam parat. Ex cuius discessum rex cum* 120
*regina multum dolentes, Waltharium retinere nitentes, ne
forte simili exitu illum ammittentes, rogare illum coepe-
runt, ut filiam alicuius regis satrapis Pannoniarum sum-* 136
meret sibi uxorem, et ipse ampliaret illi rure domosque. 138
Quibus Waltharius talia respondit uerba: „Si nuptam,“ 150
inquid, „accipiam secundum domini preceptum,

In primis uinciar curis et amore puelle, 151
Aedificare domos cultumque intendere ruris. 153

Nil ergo, mi senior, tam dulce mihi, quam semper tibi 158
inęssę fidelis; teque optime deprecor pater per propriam 165
uitam atque per inuictam gentem Pannoniarum,

Ut non ulterius me cogas sumere taedas.“
Cumque haec dixisset, sermones statim deserit omnes.

*Sicque rex deceptus, sperans Waltharium recedere num-
quam. Moxque satrapae illi certissima uenerat fama de* 170
*quandam gentem quondam ab Hunis deuictam super se
iterum hostiliter ruentem.*

Tunc ad Waltharium conuertitur actio rerum;
Qui mox militiam percensuit ordine totam,
Et bellatorum confortat corda suorum. 175
Nec mora, consurgit, sequiturque exercitus omnis. 179

---

1 Gybicus 2 ei 5 discessu 7 amitterent 9 rura
18 Quum haec 21 quadam gente 21 deuicta 22 ruente
24 Quos mox

Et eccc locum conspexerat pugnae, 180
Et numeratam per latos aciem campos;
Iamque congressus uterque infra tęli iactum
Constiterat cuneus. Tunc utique clamor ad auras
Tollitur; horrenda confundit classica uoce,
Continuoque hastae uolitant hinc indeque densae. 185
Fraxinus et cornus ludum miscebat in unum,
Fulminis inque modum cuspis uibrata micabat. 187
Fulmineos promunt hęnses clipeosque reuoluunt. 192
Inde concurrit acies, et postmodum pugnam restaurant,
Ibique pectora ęquorum partim rumpuntur pectoribus,
Sternuntur et quasdam partes uirorum duro umbonę. 195
Waltharius tamen in medio furit agmine bello,
Obuia quaeque metens armis, hac limite pergens.
Hunc ubi conspiciunt hostes tantas dare strages,
Acsi presentem metuebant cernere mortem;
Et quemcumque locum sęu dextram siuę sinistram 200
Waltharius pęteret, cuncti mox terga dederunt. 201
Cumque ex uictoria coronati lauro Waltharius cum Hunis 210 212
reuerteretur, mox palatini ministri arcis 215
Ipsius laeti occurrerunt, ęquitemque tenebant,
Donec uir inclitus ex alta descenderent sella.
Quique demum forte requirunt si bene rés uergant.
Qui modicum illis narrans intrauerat aulam.
Erat enim oppido lassus, regisque cubile petebat. 220
Illicque in ingressu Hilgundem solam offendit residentem;

---

7 cornua 9 premunt 10 per modum 15 Nunc 19 coronatus | Hunnis 22 descenderet 23 Quemque 25 lapsus
25 *ad u.* 220 *cf. u.* 1176 Oppido enim lassus fuerat

Cui post amabilem amplexionem atque dulcia oscula dixit:
„Ocius huc potum ferto, quia fessus anhelo.“
Illa mero tallum compleuit mox pretiosum,
Atque Walthario ad bibendum obtulit: Qui signans accepit, 225
Uirgineamque manum propria constrinxit; at illa
Reticens uultum intendit in eum.
Cumque Waltharius bibisset, uacuum uas reddidit illi —
Ambo enim nouerant de se sponsalia facta —
Prouocat et tali caram sermone puellam: 230
„Exilium pariter patimur iam tempore tanto.
Non ignoramus enim, quod nostri quondam parentes
Inter sę nostra de rę fecere futura.“ 233

Quae cum diu talia et alia huiusmodi audisset uirgo
uerba, cogitabat hoc illi per hyroniam dicere, sed paulu- 235
lum cum conticuisset, talia illi fatur:

„Quid lingua simulas quod ab imo pectore dampnas?
Ore mihi fingis, toto quod corde refutas,
Tamquam si sit tibi magnus pudor ducere nuptam.“
Uir sapiens contra respondit, et intulit ista: 240
„Absit, quod memoras. Dextrorsum porrige sensum. 241
Scis enim, nil umquam me simulata mente locutum. 242

Adest itaque hic nullus, exceptis nobis duobus. Amodo 244
namque esto mente sollicita, quae extrinsecus es regis re- 261
ginaeque thesauris custoda.

In primis galeam regis tunicamque trilicem 263

---

5 Quem signans 11 sermone ...... velli 18 quid ab 23 numquam (nil *om.*) 24 itaque *abest*

Assero loricam fabrorum insigne ferentem.
Diripe bina, dehinc mediocria scrinia tolle. 265
His armillarum tantum da Pannonicarum,
Donec uix releues unum ad pectoris honum,
Inde quater binum mihi fac de more coturnum. 268
Insuper a fabris hamos clam posce retortos. 271
Nostra uiatica sint pisces simul atque uolucres.
Ipse ego piscator sed auceps esse cohartor.
Haec intra ebdomede caute per singula comple.
Audisti quod habere uianti forte necesse est. 275
Postquam septenos Phoebus remeauerit orbes 277
Conuiuia laeta parabo 279[b]
Regi ac reginae, satrapis, ducibus famulisque, 278
Atque omni ingenio potu sepelire studebo, 280

ita ut nullus supersit, qui sciat uel recognoscat, cur uel ob quam causam factum sit tale conuiuium. Te tamen premoneo mediocriter uinum utere, ut uix sitim extinguas ad mensam. Reliqui uero cum surrexerint, tu ilico ad nota recurre opuscula. At ubi potus uiolentia superauerit 285 *cunctos,*

Tunc simul occiduas properemus querere partes.“
Uirgo uero dicta uiri ualde memor praecepta compleuit.
Et ecce
Prefinita dies epularum uenit, et ipse
Waltharius qui magnis instruxit sumptibus escas.

Luxuria denique in media residebat mensa. Rex itaque 290

---

1 Affer 4 onus 8 cohortor 9 hebdomadem 10 forte *abest* 14 potus saepe illinire studebo 15 superius sit 17 uino 25 qui *abest*

ingreditur aulam, uelis undique septam; heros itaque so-
lito more salutans quem magnanimus
Duxerat ad solium, quem bissus compsit et ostrum.
Consedit, laterique duces hinc indeque binos
Assedere iubet; reliquos locat ipse minister 295
Centenos simul accubitus, et diuersas dapes libans 296· 297
conuiuia redundat.
His sublatis alie referuntur edende, 298
Et pigmentatos crateres Bachus adornat. 301
Waltharius cunctos ad uinum ortatur et escam.
Postquam depulsa fames fuerat atque sublata mensa,
Waltharius iamdictus dominum letanter adhorsus 305
Dixit: „In hoc rogito gratia uestra ut clarescat
In primis, atque uos reliquos laetificetis.“
Qui simul in uerbo nappam dedit arte peractam,
Gestam referentem priorum ordinem sculture ipsius.
Quam rex accipiens uno austu uacuauerat. 310
Et confestim iubet reliquos omnes tali bibitione imitari.
Tunc citissime accurrunt pincerne atque recurrunt:
Pocula plene dabant, et inania suscipiaebant. 313
Ebrietas feruens tota dominatur aula. 315
Balbutit madido facundia fusa palato.
Seniores fortes uideres plantis titubare:
Taliter in seram produxit bacchica noctem.
Nam ire uolentes Waltharius munere retraxit, donec 320

---

1 Heroës 2 more *abest* | magnanimitas 3 composuit 7 conuiua 9 pigmentatas 11 fuerat *abest* 13 gratiam uestram 15 paratam 16 prior . . . . ordinem 18 incitari 21 in aula 24 perduxit 25 Nam in re

pressi somno potuque grauati per porticibus sternuntur humo tenus omnes passim. Eciamsi tota ciuitas igne fuisse succensa, et ipse flamiuoma super ipsos crassari uideretur, scilicet minitans mortem,

Nullus remansit, qui scire potuisset causam.
Tandem dilectam uocat ad semet mulierem,
Precipiens causas citius deferre paratas.
Et ipse de stabulis duxit uictorem aequorum,
Quem ob uirtutem leonem uocitauerat ipse.
Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.
Postquam enim hunc caballum ligamentis solito circumdederat, ecce
Scrinia plena gazae, quibus utrique suspendit lateri,
Atque itinere longo modicella ponit cibaria,
Loraque uirgineae mandat fluitantia dextrae.
Ipseque uestit lorica more gygantis,
Atque capiti inposuit suo rubras cum casside cristas,
Ingentesque complectitur aureis ocreis
Et leuum femur ancipiti precinxerat hense,
Atque alio dextrum pro ritu Pannoniarum.
His tamen ex una tantum dat uulnera parte.
Tunc hastam dextra rapiens clipeumque sinistra,
Coeperat inuisa terra trepidus decedere.
Femina duxit ęquum, nonnulla talenta gerentem.
Ipsa uero in manibus uirgam tenet simul colurnam,
In qua piscator hamum transponit in undam.

---

1 perfessi   3 ipsa   5 remansisset   6 ad se mox
7 Citius] quantocius   8 duxit meliorem equorum   16 uestitus
21 partem

Nam idem uir maximus grauatus erat undique tęlis; 345
Ob hoc suspectam habuit cuncto sibi tempore pugnam. 346
Sed cum prima lumina Phoebus rubens terris ostendit, 348
In siluis latitare student, et opaca requirunt. 349
Ergo tantum timor pectora muliebria pulsabat, 351
Ut cunctos susurros, auras uel uentos horreret,
Formidans collisos racemos siuę uolucres. 353
Uicis diffugiunt, speciosa noualia linquunt, 355
Montibus intonsis cursus ambage recuruos. 356
Ast urbis populus somno uinoque solutus. 358
Sed postquam surgunt, ductorem quique requirunt, 360
Ut grates faciant hac festa laude salutent. 361

Attila nempe utraque manu caput amplexatur, ęgreditur-
que thalamo ipse rex; Waltharium dolendo aduocat, ut
proprium quereret forte dolorem. Cui respondent ipsi 365
ministri, se non potuisse inuenire uirum; sed tamen prin-
ceps sperat, eundem Waltharium in somno quietum re-
cubare tentum hactenus, hac occultum locum sibi delegisse
sopori. Ospirin uero regina, hoc illi nomen erat, postquam
cognouit Hildegunde abessę nec uestem deferre iuxta suę- 370
tum morem, tristior satrape inmensis strepens clammori-
bus dixit:

„O detestandas quas hęri sumpsimus ęscas!
O uinum, quod Pannonias destruxerat omnes!
Quod domino regi iam dudum prescia dixi,
Approbat iste dies, quem nos superare nequimus. 375
Hen! hodie imperii nostri cęcidisse columpna

---

1 maxime 6 Ut ad cunctos s. aurae u. uenti haereret 8 spatiosa 11 quoque 13 amplexatus 27 Heu

Noscitur; hen! robur procul iuit et inclita uirtus,
Waltharius lux Pannoniae discesserat inde;
Hildgundem quoque mi karam deduxit alumpnam!"
Iam princeps efferus nimia succenditur ira. 380
Mutant priorem laetitiam merentia corda. 381
Sic intestinis rex fluctuatur undique curis, 385
Atque ipso quippe die fastidit omnino potus et ęscam, 389
Nec placidam curam membris potuit dare quietem. 390
At ubi nox superuenit atra,
Decidit in lectum, ubi nec lumina clausit,
Uertiturque frequenter de latus in laterę
Tamquam si iacula transfixus esset acuta. 394
Indeque surgens discurrit in urbem, 397
Atque thorum ueniens, simul attigit atque reliquid.
Taliter insomnem consumpserat Attila noctem.
At profugi comites per amica silentia euntes. 400
Tunc rex uotum fecerat, ut si quis Waltharium illi 403
uinctum afferret, 404
Mox illum aurum uestiret saepe recoctum. 405
Sed nullus in tam magna regione 408
Fuit inuentus tyrannus, dux siue comes sęu miles siue
minister, qui quamuis proprias ostendere cuperet uires, 410
Waltharium aliquando iratum presumpserit armis insequi. 413
Nota siquidem uirtus eius fuerat facta prope omnibus 415
terrae habitatoribus. Qui Waltharius, ut dixi, fugiens 419
uoctibus iuit, atque die saltus requirens et avbusta deusa. 420

---

1 en | procubuit et 3 Hildegunde | quoque *abest* | mihi 4 effera 7 potum 11 de latere 12 iaculis | acutis 17 notum 19 auro | recocto 24 facta fuerat 25 terrae *abest*

Hic uero arte accersita pariter uolucres arte capit, nunc fallens uisca, nunc fisso denique ligno. Similiter in flumina inmittens hamum, rapiebat sub gurgitibus predam.

Sicque famis pestem pepulit tolerando laborem. 425
Namque toto tempore fugae se uirginis usu
Continuit uir Waltharius, laudabilis heros.

Et ecce quadraginta dies sol per mundum circumflexerat,
Ex quo Pannonia fuerat digressus ab urbe.
Ergo eo die, quo numerum clauserat istum, 430
Uenit ad fluuium iam uespere mediante,
Cui nomen est Rȩnum, qua cursus tendit ad urbem
Nomine Warmatiam, regali sede nitentem.
Illic pro naulo pisces dedit antea captos;
Cumque esset transpositus, graditur properanter anhȩlus. 435
Orta uero dies,
Portitor exsurgens prefatam uenit in urbem,
Ubi regali coquo, reliquorum certe magistro,
Detulerat pisces, quos uir ille uiator dederat.
Hos uero dum pigmentis condisset et apposuisset 440
Regi Cundhario, miratus fatur ab alto:
„Ergo istiusmodi pisces mihi Francia numquam ostendit.
Dic mihi quantotius, cuihas homo detulit illos?“ 444
At ipse respondens narrat, quod nauta dedisset. 445
Tunc princeps hominem iussit accersire eundem;
Et cum uenisset, de ré quesitus eadem
Talia dicta dedit et causam ex ordine pandit:

---

2 uisco 9 ea 11 Rhenus 16 pariter exurgens
21 mihi *abest* 22 quinam homo 23 Et 26 causamque

„Uespere enim preterito residebam ego litore Rhęni.
Conspexi, et ecce uiatorem uidi festinanter uenire, 450
Tamquam pugne per membra paratum.
Aere etenim poenitus fuerat, rex inclite, cinctus;
Gerebat namque scutum gradiens, et hastam choruscam.
Uiro certe forti similis fuit, et quamuis ingens
Asportaret honus, gressum tamen extulerat acrem. 455
Hunc incredibili formc puella decorata nitore
Assequebatur, ipsaque caballum per lora rexit robustum, 457• 458
bina quidem scrinia non parua ferentem dorso. Quae 460
scrinia, dum ceruicem sonipes ille discutiebat ad altum,
uoluminaque crurum superba glomerare cupiebat, dabant
sonitum quasi quis gemmis illiserit aurum. Hic miles
mihi presentes pro munere dederat pisces.“ Cumque his
Hagano audisset uerbis — residebat quippe ad mensam —
Laetus in medium prompsit de pectore uerbum: 465
„Congaudete mihi, queso, quia talia noui.
Waltharius collega meus remeauit ab Hunis.“ 467
Cundharius uero princeps atque superbus ex hac ratione 469
Uociferatur, et omnis ei mox aula reclamat: 468
„Congaudete mihi, iubeo, quia gazam, quam Gybichus 470
rex pater meus transmisit Attile regi Hunnorum, hanc
mihi cunctipotens huc in mea regna remisit.“ Qui cum

---

1 enim per terram res. 3 pugnare 4 Aere] qua re 8 incredibilis 11 sonipes] scrupes | ille — uoluminaque *absunt* 14 his] hoc 15 Haggano | uerbum 17 Laetus] cuius 18 talia] utilia 19 Hunnis 20 oratione 21 mox ei 22 Gybicus 24 cuncta potens

dixisset talia, mensam pede perculit, et exiliens ducere
aequum iubet et sellam componere ilico sculptam; atque
de omni plebe elegit duodecim uiros, uiribus insignes et 475
plerumque animis probatos, inter quos simul ire Haganone
iubebat. Qui Hagano memor antiquae fidei et prioris sotii,
nitebatur transuertere rebus. Rex tamen ę contra instat et 480
clamat:

„Ne tardate, uiri! precingite corpora ferro!“ 481

Instructi itaque milites tęlis, nam iussio regis urgebat, 484
exiebant portis, ut Waltharium caperent, sed omnimodis 485 487
Hagano prohibere studebat. At infelix rex coepto itinere
resipiscere non uult. Interea uir inclitus atque magnani-
mus Waltharius de flumine pergens uenerat in siluam 490
Vosagum ab antiquis temporibus uocitatam; nam nemus
est ingens et spatiosum, atque repleta ferarum plurima,
habens ibi suętum canibus resonare tubisque. In ipsa ita-
que sunt bini montes in secessu ipsius atque propinqui,
in quorum medium quamuis angustum sit spatium, tamen 494
specus extat amoenum.

Mox iuuenis ut uidit, „Huc“ inquit „eamus.“ 498
Nam postquam fugiens Auarorum aruis discesserat, 500
Non aliter somni requiem gustauerat idem,
Quam super innixus clipeo uix clauserit oculos.

Tum demum bellica deponens arma, dixit uirgini,
in cuius gremium fuerat fusus: „Circumspice caute,

---

1 percutit 3 duodecim elegit | uiribus] uita 4 plerumque *abest* 5 quos | prioris sortis 8 uiri] uestra | ferris 10 exibant 12 respicere 14 Vosagum *abest* 17 binae 18 medio 21 armis 23 clauserat

Hildegund, et nebulam si tolli uideris atram, tactu blando 505
me surgere commonitato. Etiamsi magnam conspexeris ire
cateruam, ne subito me excutias a somno, mi kara, cauęto; 508
sed instantem cunctam circa explora regionem.“ Haec ait, 510
statim oculos conclauserat ipse, desiderantes frui iamdiu
satis optata requie.

Ast ubi Cundharius uestigia puluere uidit,
Cornipedem rapidum saeuis calcaribus urguet, dicens: 514
„Accelerate uiri! iam nunc capietis eumdem. 516
Numquam hodie effugiet: furata talenta relinquet.“
Ilico inclitus Hagano contra mox reddidit ista: „Unum
tantum uerbum dico tibi, regum fortissime:
Si toties tu Waltharium pugnasse uideres, 520
Quotiens ego noua caede furentem,
Numquam tam facile spoliandum forte putares.
Uidi Pannonicas acies, cum bella agerent
Contra aquilonares siue australes regiones.
Illic Waltharius propria uirtute choruscus, 525
Hostibus inuisus, sociis mirandus obibat.
Quisquis ei congressus erat, mox Tartara uidit.
O rex et comites, experto credite, quantus
In clipeum surgat, qua turbine torqueat hastam.“
Sed dum Cundharius malesana mente grauatus 530
Nequaquam flecti posset, castris propiabant.
At Hiltgund de uertice montis procul aspiciens,
Puluere sublato uenientes sensit; ipsum

---

1 Hildegunda 2 commone 8 dicens *abest* 16 egerent *Mur. cum codice* 17 seu 21 quantum 22 qua turbine] quam bene 24 properabant 26 puluerem sublatum

Waltharium placido tactu uigilare monebat. 534
Ęminus illa refert quandam uolitare phalangam. 536
Ipse uero oculos tentos summi glaucomate purgans,
Paulatim rigidos ferro uestiuerat artus. 538
Cumque paululum properassent, mulier corusscantes ut 542
uidit hastas, stupefacta nimis „Hunos hic“ inquit „habe-
mus.“ Que ilico in terram cadens effatur talia tristis:
„Obsecro, mi senior, mea colla seccentur, 545
Ut que non merui thalamo sociari,
Nullius iam ulterius paciar consocia carnis.“ 547
Cui Waltharius: „Absit quod rogitas; mentis depone 551
pauorem. Ipse Dominus, qui me de uariis sepe eduxit
periculis, ille ualet hic hostes, credo, confundere nostros.“
Haec ait, oculosque adtollens effatur ad ipsam: „Non 555
assunt hic Auares, sed Franci nebulones, cultores regionis.“
Aspicit, et gnoscens iniunxit talia ridens: „En galeam
Haganonis! meus collega ueternus atque socius.“
Hoc hęros introitum stationis hadibat,
Inferius stanti predicens sic mulieri: 560
„Coram hac porta uerbum modo iacto superbum:
Hinc nullus rediens Francus, quis suae ualeat nunciare
uxori, qui tante presumpserit tollere gazae.“ Nec dum
sermonem conpleuerat, et ecce humo tenus corruit, et
ueniam petiit, quod talia dixit. Postquam autem surrexit, 565
contemplans cautius dixit: „Omnes horum quos uideo

---

2 quasdam u. phalanges 3 tonsos somno 6 Hunnos hinc 7 Que] et 8 secentur 9 utque tuo 12 eduxerat 13 ille] is 16 adiunxit 17 ueteranus 18 introitus 20 iacta 22 tantum 25 dixerat 25 Omnes *abest*

*nullum timeo, Haganone remoto. Nam ille meos per prelia
scit mores, iamque didicit, tenet et hic etiam sat callidus
artem. Quem si forte uolente Deo intercepero solum; ex* 570
aliis namque formido nulla.“

Ast ubi Waltharius tali statione receptum 572
Conspexit Hagano, satrapae mox ista superbo
Suggerit uerba: „O senior, desiste lacessere bello
Hunc hominem! Pergant primum qui cuncta requirant, 575
Et genus et patriam nomenque et locum relictum,
Uel si forte petat pacem prebens sine sanguine.“ 577

Qui licet inuitus dicta Haganoni acquieuisset, misit ilico e suis, mandans Walthario, ut redderet pecuniam quam deferebat. Ad quos Waltharius talia fertur dedisse uerba: „Ego patri suo eam non tuli neque sibi. Set si uoluerit eam capere, ui defendo eam fundens alterius sanguinem.“ Cumque hec denunciata essent Cundhario, protinus misit, qui eum oppugnarent. Uir autem ille fortis ut erat, uiriliter se ab ipsis modicum defendens, ilico interfecit. Rex autem ut uidit, et ipse protinus feroci animo cum reliquis super eum uenit. Waltharius uero nichil formidans, sed magis ut supra uiriliter instabat prelio. Cepit autem et ex illis Waltharius uictoriam, occisis cunctis preter regem et Haganonem. Qui cum eum nullatenus superare possent, simulauerunt fugam. Sperans ergo Waltharius eos inde

---

2 iamque] atque 3 ualentem dum intercepero 5 Waltharium 7 O rex, mi senior 8 primo 9 Et gentem 10 prebens *abest* 11 dicto 12 e suis *abest* | Waltharium | reddere (ut *om.*) 13 quod 15 effundens 19 cum reliquis *abest* 20 super eum uertitur

discedere, reuersus in statione acceptaque omni suppellectili sua, et ipse mox cum Ildegunda ascensis equis cepit iter agere. Cumque Waltharius egressus esset ab antro quinque uel octo stadia, tunc leti posterga ipsius recurrentes memorati uiri, quasi uictum eum iam extra rupe cogitabant. Contra quos ilico Waltharius quasi leo insurgens, armis protectus fortiter debellabat bellantibus sibi. Qui diu multumque inuicem pugnantes ac pre nimia lassitudine et siti deficientes, iam non ualebant uirorum fortissimum superare. Et ecce respicientes uiderunt a sagma Waltharii uasculum uini dependere.

---

2 Hildegunda 5 rupem 7 pertectus

GLOSSARIUM

SERMONEM INFERIORIS AETATIS EXHIBENS

Abl. pro dat. obstamine 974 fune 983 — Vosago *ex V.* 946
abire *sc. in pugnam* 725
abradere fidem 1259
abscidere nefas 1260
abscindere fidem 1267
absistere protinus *magis magisque remoueri* 1231
absque *excepto* 1011
abstergat mors mortem 952
accubitus *accubitum* 296
accumbere *procumbere* 905
acc. ex gerundio pendens dominum sit rogitandum *G.* 19 *accus. subiecti desideratur* 22 1154
acrum bellare 1125 acrum* clamorem 937
acta 115 144
actus *motus* 1321
acumen rogitantis 1093
adelphus *G.* 22
adire *obuiam ire* (*cf.* abire obire) 914 adire uestigia *sequi* 43
adornare *inplere* 301
adorsus *orsus* 305 742
adurgere 484
aeolicus *aeolius* 384
aerius *uanus, inanis* 762
aescilus *aesculus* 1000
aeuum *aetas* 29 aeuo crescere 103
affamen 1174 1264
affore *adesse* 1269
agit obliuiscier 1257 agere osculum 1141
agon 1025
aliquid *adi.* 1121
alius *alter* 707
almum pactum 1275
a longe 878
alte fumare *sudore* 1173
amarus gemitus 1157
amatus *amicus* 1152
amatus *hamatus* 911
ambigerat *ab* ambigo *potius quam ab* ambigero *factum, plqupf. pro pf.*, 1142
ambire *studere* 412
ambis manibus 841 ambos 100
amodo* *modo, iam* (*cf.* a longe) 1431
animaduertere *audire* 628
anterior dies 584
aptare se labori 998

INDEX NOMINUM

BEROLINI APUD WEIDMANNOS (I. REIMER)

TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE (OTTO FRANCKE), MARIENSTR. 10

58 6 13